CODEX

DIPLOMATICUS CAVENSIS

TOMUS QUINTUS

CODEX
DIPLOMATICUS CAVENSIS

NUNC PRIMUM IN LUCEM EDITUS

CURANTIBUS

DD. MICHAELE MORCALDI. MAURO SCHIANI.
SYLVANO DE STEPHANO. O. S. B.

ACCEDIT

APPENDIX

QUA PRAECIPUA BIBLIOTHECAE MS. MEMBRANACEA DESCRIBUNTUR

PER

D. BERNARDUM CAIETANO DE ARAGONIA O. S. B.

TOMUS QUINTUS

MEDIOLANI. PISIS. NEAPOLI
HULRICUS HOEPLI
EDITOR BIBLIOPOLA

MDCCCLXXVIII

NEAPOLI—EXCUDEBAT ACHILLEUS MORELLI MDCCCLXXVIII.

INDEX CHRONOLOGICUS

MEMBRANARUM QUAE IN HOC VOLUMINE

CONTINENTUR

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
DCCVIII	1018	Augusto	I	30. GUAIMARII et 3. IOANNIS fil. eius	Grimoaldus Ursi filius, et germani eius Ademarius et Ursus, filii Citri, et Maraldus ac eius frater Ioannes, filii Ademari, et Petrus et Citrus, filii Sellicti, tarenis aureis octo, terram cum arbusto prope *Castellum Vetus Nuceriae* vendunt Licto filio Licti.	VI	86	1
DCCIX	1018	Septembri	II	30. GUAIMARII et 3. IOANNIS filii eius	Guaiferius filius q. Guaiferii Comitis, et Lando abbas Monasterii s. Ioannis Salerni, Ioanni pistrinario filio Petri, locant ad annum duo molendina in fluvio Lyrino posita, eo quidem pacto, ut locator det illis kalendis uniuscuiusque mensis quatuor *grani modiolos*.	VI	87	3
DCCX	1018	Novembri	II	30. GUAIMARII et 1. GUAIMARII fili eius	Iaquintus, Lando et Desius Comites, germani fratres ac filii q. Comitis Desii, locant lacum Paulinum nuncupatum, quatuor bonis tarenis auri, Ioanni atrianensi filio Sergii *Boccapizzula*, et Ioanni atrianensi filio Sergii *Mangnanarum*.	VI	88	4
DCCXI	1018	Novembri	II	30. GUAIMARII et 1. GUAIMARII fil. eius	Petrus atrianensis filius Stephani terram in loco Transboneia *ad Tegora*, excolendam tradit Ligorio filio Stephani, qui illi reddere se obligat medietatem vini et pomorum.	VI	89	5
DCCXII	1018	Novembri	II	30. GUAIMARII et 1. GUAIMARII filii eius	Munda filia q. Feri, et uxor Ioannis, eoque consentiente, emit a leviro suo Leone *Boccapiczola* atrianense septem auri solidis terram incultam cum arboribus insitis de loco Transboneia, ubi proprie *Maianum* dicitur.	VI	90	7
DCCXIII	1019	Ianuario	II	30. GUAIMARII et 1. GUAIMARII filii eius	Landolfus comes filius q. Guaimarii comitis terras cum arbustis, vineis et castanetis in loco Silia, secus flumen Pecentinum, in perpetuum dant excolendas quibusdam oneribus et redditibus, Ioanni et Petro filiis Maionis, et Petro eorum leviro, filio Petri.	VI	91	8

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
DCCXIV	1019	Februario	II	30. GUAIMARII et 1. GUAIMARII fil. eius	Eupraxius, natione graecus, abbas ecclesiae s. Nicolai de *Gallocanta* apud urbem Veterem, ad duodecim annos bona ipsius ecclesiae, quae sunt Albolae, locat Sergio et Urso filiis Ioannis Cumperti ab Amalphia, eo quidem pacto, ut primis quinque annis nil de collectis fructibus terrarum reddere teneantur, sequentibus vero dent vini et frugum medietatem.	VI	92	10
DCCXV	1019	Martio	II	31. GUAIMARII et 1. GUAIMARII fil. eius	Eupraxius, natione graecus, abbas ecclesiae s. Nicolai de *Gallocanta* apud urbem Veterem, excolendam tradit terram incultam cum castaneto et vinea per novem annos, cuidam Alfano filio Leonis, medietate vini et fructuum.	VI	93	12
DCCXVI	1019	Aprili	II	31. GUAIMARII et 1. GUAIMARII fil. eius	Coram Myro et Mirando iudicibus, Petrus presbyter filius Petri, cui Deusdedit nomen est, et Sikelgaita soror eius et uxor Campsi presbyteri filii Aistolfi inter se dividunt bona, quae Nuceriae possident, sive in loco Barbatiano, sive in Kata-cansulu, vel in monte, ubi sita est ecclesia s. Cyrici, vel alibi ibidem posita sunt.	VI	94	14
DCCXVII	1019	Augusto	II	31. GUAIMARII et 1. GUAIMARII fil. eius	Conventio inita inter Grimoaldum Garofali filium et Sendam filiam Sellicti, uxorem fratris eius ac viduam q. Iaquinti, ac eorum filium Marem, de terris, quae fuerunt q. Machenolfi genitoris Iaquinti et socri dictae Sendae. Pro qua conventione Grimoaldus solvit sex *bonos* auri tarenos.	VI	95	16
DCCXVIII	1019	Novembri	III	60. BASILII Imper. et 57. CONSTANTINI fratris eius	Maria, quae et Marenda vocatur, filia domni Sergii cognominati *Passibola*, ac vidua q. Theodori *Mischini*, vendit Sergio *Spongatello*, filio q. Leonis dudum nauclerii, parvum hortum prope Portam Novam urbis Neapolis, quatuor aureis solidis.	VI	96	20

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
DCCXIX	1020	Ianuario	III	31. GUAIMARII et 2. GUAIMARII fil. eius	Guttus atrianensis filius Ioannis, et Ioannes item atrianensis filius Leonis, consobrini fratres, per sex annos dant excolendum Ioanni, Gutto, Urso et Mauro praedium cum crypta ad Veterem iuxta mare positum.	VI	97	21
DCCXX	1020	Ianuario	III	31. GUAIMARII et 2. GUAIMARII fil. eius.	Concessio terrarum cum castaneto in loco *Capaczana*, ubi *Sabuculo* dicitur, per Racconem et Romoaldum filios q. Sassi, Marino et Iaquinto filiis Ioannis a Benevento.	VI	98	22
DCCXXI	1020	Iunio	III	7. IOANNIS . . .	* Conventio inter Sergium *Calendola* et Alfanum de divisione bonorum, quae sunt in loco *Albole* sita.	VI	99	24
DCCXXII	1020	Iulio	III	32. GUAIMARII et 2. GUAIMARII fil. eius	Iubente Ioanne Episcopo Sedis Poesthanae, Romoaldus iudex et advocatus eiusdem, terram et vineam in loco *Ortaianu* ad fines Lucaniae positas partitur cum quodam Nicolao.	VI	100	24
DCCXXIII	1020	Iulio	III	32. GUAIMARII et 2. GUAIMARII fil. eius	Ioannes filius Anasthasii; consueta annua fructuum, frumenti et vini compensatione, colendam accipit terram, quam Iaquintus diaconus ecclesiae s. Maximi Salerni in beneficium possidet ad Nuceriam, ubi *Babacianum* dicitur.	VI	101	26
DCCXXIV	1020	Septembri	IV	32. GUAIMARII et 2. GUAIMARII fil. eius.	Lictus et Sesamus Licti filii, litibus desistentes, proedia, quae instrumentorum vi possident quaeque in societatem habent, inter se dividunt.	VI	102	28
DCCXXV	1020	Octobri	IV	32. GUAIMARII et 3. GUAIMARII fil. eius	Ioannes Raimi filius, coram Romoaldo iudice, declarat bona ad Marianum, ultra flumen Lyrinum posita, de quibus litem costituerat, ad ecclesiam s. Maximi spectare.	VI	103	29
DCCXXVI	1020	Octobri	IV	32. GUAIMARII et 3. GUAIMARII fil. eius	Ioannes Calabritanus bona ecclesiae s. Maximi ad Mairanum, ubi *Arcella* vocatur, per		*	

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					duos annos conducit, ac se daturum promittit solarium iuxta loci consuetudinem.	VI	104	32
DCCXXVII	1021	Ianuario	IV	32. GUAIMARII et 3. GUAIMARII filii eius	Alfanus filius Bisantii, et Grimoaldus filius Mirandi presbyteri, et Landus ac Citrus filii Radicisi, et Cicerus Ciceri filius, ac denique Roctus filius q. Ursi ad vadimonium cum eorum advocatis, venturos se pollicentur in causa de rebus ecclesiae s. Maximi ad Mairanum positis.	VI	105	33
DCCXXVIII	1021	Ianuario	IV	»	Amatus filius q. Petri, et Ioannes filius q. Ioannis Iudicis, eiusque uxor haeres q. Mari filii Godini declarant se cum suis advocatis sistere ad componendam litem de domibus vel de terris, sive quae Salerni, sive quae Fellinae snnt, quaeque inter se diviserunt Amatus et Marius.	VI	106	33
DCCXXIX	1021	Februario	IV	»	Maio abbas ecclesiae s. Maximi meliorando tradit bona, quae ipsa ecclesia Nuceriae possidet, ubi *Agella* et *Puteumregente* dicitur, Iaquinto, Petro et Ioanni, filiis q. Selicti a Capua, pro medietate vini et pro consueto solario quotannis.	VI	107	35
DCCXXX	1021	Februario	IV	»	Balsamus filius Petri ad censum tertiae partis fructuum colenda recipit a Maione abbate s. Maximi per decem et quatuor annos duo praedia ipsius ecclesiae, in loco Rota posita *ad Pulbicianum*.	VI	108	38
DCCXXXI	1021	Februario	IV	»	*De eadem controversia agitur, quae habetur in membrana sub numero DCCXXV.*	VI	109	40
DCCXXXII	1021	Martio	IV	33. GUAIMARII et 3. GUAIMARII filii eius	Domnandus filius Domnelli a Floccano apud Nuceriam et Risa uxor eius, filia q. Andreae, terras, quas Floccani possident, Miro iudici filio Mirandi subdiaconi vigintis et uno tareno aureo vendunt.	VI	110	41

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
DCCXXXIII	1021	Augusto	IV	33. GUAIMARII et 3. GUAIMARII fil. eius	Concessio perpetua terrarum cum arbusto in loco *Sala* apud Nuceriam facta Ioanni et Bono filiis q. Ioannis, et Ioanni, et Mario, et Urso, et Amato, filiis q. Benedicti a Nuceria, per Amatum Archiepiscopum salernitanae sedis; cui tamen illi se obligant conferre quotannis tributa iuxta loci consuetudinem.	VI	111	43
DCCXXXIV	1021	»	»	»	Leo clericus ecclesiae s. Maximi, colenda tradit per sex annos, consuetis oneribus et redditibus statutis, bona quae in beneficium possidet apud Rotam, ubi *Pulbicianum* vocatur, Ioanni filio Maraldi et Petro Petri filio.	VI	112	45
DCCXXXV	1021	Decembri	V	33. GUAIMARII et 4. GUAIMARII filii eius	Solmannus filius q. Ioannis per duos annos *usque duo frudia recollecta*, excolendam accipit a Maione abbate s. Maximi terram incultam, quam ipsa ecclesia ultra flumen Forinum possidet.	VI	113	47
DCCXXXVI	1022	Martio	V	34. GUAIMARII et 4. GUAIMARII filii eius	Drogorarus filius Landonis Comitis terram incultam, quam possidet in castro Montisaurei, Marancio presbytero filio Petri.	VI	114	48
DCCXXXVII	1022	Aprili	V	»	Ursus filius Citri omnia bona, quae Nuceriae possidet, uno excepto hortulo, Sesamo, et Licto, et Musando, filiis q. Licti, vendit quindecim tarenis *auri boni*.	VI	115	49
DCCXXXVIII	1022	Maio	V	»	*Memoratorium*, quo Ferus filius q. Feri declarat se in beneficium accipere a Guaimario Principe et Ioanne Comite, filiis domni Ioannis Principis, ecclesiam sub titulo s. Mariae, quam praedictus Ioannes Princeps ac eiusdem uxor Sychelgaita aedificaverant Salerni *intra murum et muricinum*.	VI	116	51
DCCXXXIX	1022	Iunio	»	34. GUAIMARII	Petrus filius Ioannis *Virini*			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
				et 4. GUAIMARII filii eius	et Taurus filius Petri, consobrini fratres, vendunt Mundae uxori Ioannis atrianensis filii Sergi, qui dicitur *Boccapiczola*, terram incultam, quam intra Mitiliani fines ad Transboneiam possident.	VI	117	52
DCCXL	1022	Iunio	V	»	Angelus filius q. Ursi colendas accipit per tredecim annos a Maione presbytero et abbate ecclesiae s. Maximi duas terras cum arbusto, quas ipsa ecclesia habet in loco Mairano fecus flumen Forinum; Angelus vero de solario et de vino partem se praestare obligat iuxta loci consuetudinem.	VI	118	53
DCCXLI	1022	Augusto	V	»	Petrus clericus filius q. Petri permutat terram vacuam, quam possidet Salerni ad *hortum magnum*, cum alia terra, quam ibidem habent Boccus filius Ioannis et Petrus filius q. Constantini eiusque uxor Gemma.	VI	119	57
DCCXLII	1022	Septembri	VI	34. GUAIMARII et 5. GUAIMARII filii eius	Guaiferius Comes filius bonae memoriae Guaiferii Comitis, excolendas dat duas terras, quas possidet in loco Barbaciano Nuceriae, consuetis vectigalibus, Stephano filio Donati.	VI	120	58
DCCXLIII	1022	Novembri	VI	»	Sententia, qua lis dirimitur inter Memum ab *Apusmonte* et Iaquintum notarium pro parte ecclesiae s. Maximi de quibusdam terris in loco Apusmonte positis, quosque praedictae ecclesiae esse Leo iudex declarat.	VII	1	60
DCCXLIV	1022	Novembri	VI	»	Risus, filius q. Petri a sancta Tecla, per tres annos concedit medietatem terrae cum aede Salerni prope ecclesiam s. Salvatoris posita Leoni Ursi filio.	VII	2	61
DCCXLV	1022	Ianuario	VI	»	Ignelfreda *de Marzacano*, filia q. Ioannis, quartam uxo-			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					riam domus Nuceriae sitae vendit septem tarenis auri boni Urso Prandi filio.	VII	3	62
DCCXLVI	1023	Ianuario	VI	34. GUAIMARII et 5. GUAIMARII fil. eius	Ioannes filius Sellicti a Nuceria conducit per quinque annos terram ecclesiae s. Maximi.	VII	4	63
DCCXLVII	1023	Aprili	VI	35. GUAIMARII et 5. GUAIMARII fil. eius.	Amatus filius q. Petri per annos quinque bona sua ulter flumen Tuscianum Urso filio Petri locat, qui se obligat dare quotannis censum *grani quinque tertiaria*, sex vero hordei.	VII	5	65
DCCXLVIII	1023	Maio	VI	"	Ragemprandus Iudex facultatem facit Sergiolo infanti filio Amati, qui naturalis filius fuit Ioannis atrianensis *Boccabitello* vocati, terram cum sylva et vineola de loco Veteri, octo auri solidis Ioanni filio q. Sergii.	VII	6	66
DCCXLIX	1023	Maio	VI		Maio presbyter ecclesiae s. Maximi Salerni dat per viginti et octo annos excolenda bona eiusdem ecclesiae viginti follaris annuis Donato filio Foscemari et Marino filio Petri *Romano*.	VII	7	68
DCCL	1023	Maio	VI	"	Maio presbyter et abbas ecclesiae s. Maximi dat domum ligneam cum terra inhabitandam per viginti et duos annos mensesque quatuor Iohanni presbytero filio q. Ioannis, qui se obligat annua vice unum tarenum aureum ac medietatem domus, quam inter praedictorum annorum limites aedificet, reddere praephatae ecclesiae s. Maximi.	VII	8	70
DCCLI	1023	Augusto	VI	"	Maio abbas ecclesiae s. Maximi in perpetuam emphyteusim concedit Leoni et Ioanni de Saracino, ac Stefano, *Caprella* cognominato, terras ipsius ecclesiae in nucerino agro sitas, ad annuum censum me-			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					dietatis vini. et de solario iuxta loci consuetudines.	VII	9	71
DCCLII	1023	Septembri	VII	35. GUAIMARII et 6. GUAIMARII filii eius.	*Memoratorium* divisionis terrarum de loco *Iovi* apud Salernum inter Leonem et Amorem filios q. Ioannis et Petrum clericum filium Mundi.	VII	10	73
DCCLIII	1023	Septembri	VII	»	Astilfus filius q. Guidonis res suas et bona, quae possidet Nuceriae, de loco *Turricchio*, Deseae donat, eiusque filiae Gemmolae, quam ab ipso Astilfo concepit; eo tamen pacto, quod si Desea alio viro nupserit, vel demortua fuerit, omnia bona Gemmae erunt, et si ipsa Gemma nupta filios non pepererit, res donatae transferantur, ad ipsius mortem, in proprietatem ecclesiae s. Angeli Nuceriae. Pro tali donatione Astilfus declarat recepisse pallium pro *launegild*.	VII	11	75
DCCLIV	1023	Novembri	VII	»	Iaquintus filius q. Petri a gravissima infirmitate detentus ac proinde morti proximus, portionem bonorum suorum Burgentiae in finibus Lucaniae, tarenis viginti vendit Acto clerico filio q. Fasani.	VII	12	77
DCCLV	1024	Ianuario	VII	16. SERGII ducis Amalphiae et 1. IOANNIS fil. eius.	Petrus filius Amoris *Nuceresi* scribit et firmat declarationem, qua asserit se accepisse ad enserendum per decem annos terram, de loco Fonte apud Amalphiam, a domino Leone filio Ioannis de Constantino, de Lupino, de Leone Comite, et a domna Maria *Iugalia*. Ipsis decem annis completis, de fructibus castanearum reddere promittit medietatem praedictis dominis, deponens *eas iuxta mare*, et quotannis eis ipsis *sabbatarica*, idest calceos (?) offerre iuxta consuetudinem.	VI	13	79
DCCLVI	1024	Aprili	VII	36. GUAIMARII et 6. GUAIMARII filii eius.	Sillictus filius Stephani, tarenis auri duobus vendit Ioanni filio Ioannis presbyteri			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					castanetum de loco Paterno, ubi *ad Masclatora* dicitur.	VII	14	80
DCCLVII	1024	Iulio	VII	36. GUAIMARII et 6. GUAIMARII fil. eius.	Mirus Iudex filius Mirandi subdiaconi, aliique quamplurimi patroni ecclesiae sub vocabulo s. Adiutoris Nuceriae, de loco *Puciano subtus montem Levinum*, positae, eam ecclesiam cum omnibus rebus, et substantiis, ac supellectilibus, tradunt Mario presbytero filio Ioannis et Stephano clerico filio Andreae.	VII	15	82
DCCLVIII	1024	Decembri	VIII	66. BASILII Imper. et CONSTANTINI fratris eius.	Petrus filius q. Sadelfrit Iudicis eiusque uxor Adelberga filia Ragemfrit, uno aureo solido *soterico holotarcho*, vendunt Michaeli *Macedoni* et Comiti foveam *victualium* iuxta plateam publicam urbis Luceriae.	VII	16	84
DCCLIX	1025	Ianuario	VIII	36. GUAIMARII et 7. GUAIMARII filii eius.	Lando filius q. Landonis ecclesiae s. Martini Nuceriae offert bona, quae ibi possidet, de loco Ducano.	VII	17	85
DCCLX	1025	Ianuario	VIII	»	Grimoaldus filius Ursi coram Ragemprando Iudice, bona sita Nuceriae in loco Agella ecclesiae s. Maximi restituit.	VII	18	87
DCCLXI	1025	Februario	VIII	»	Iaquintus diaconus et primicerius de mandato Maionis, abbatis s. Maximi Salerni, excolendas dat in perpetuum Iaquinto et Stephano filiis Ioannis duas terras de loco Pao apud Nuceriam, consueto solario, ac fructuum et vini medietate.	VII	19	88
DCCLXII	1025	Februario	VIII	17. SERGII Ducis Amalphiae.	Concessio per emphyteusim terrae cum arbusto in loco Angri, ubi *Novella* et *Casamabile* dicitur, facta domno Mirando Iudici filio Dauferii per Gregorium Stabiensem.	VII	20	90
DCCLXIII	1025	Martio	VIII	»	*Praedictae concessionis aliud exemplar.*	VII	21	92
DCCLXIV	1025	Martio	VIII	37. GUAIMARII	Diploma Guaimarii Princi-			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
				et 7. GUAIMARII fil. eius.	pis Salerni ac Guaimarii eius filii, quo donat Alferio primo Abbati ac Fundatori inclyti Monasterii SS. Trinitatis terras, et nemora, et cellas, et aquas, quae per ima vallis Metelliani nomine decurrunt; fines vero donationis, sive hinc sive inde, describuntur.	a. m. A	19	93
DCCLXV	1025	Aprili	VIII	37. GUAIMARII et 7. GUAIMARII fil. eius.	Maio abbas s. Maximi locat Ioanni filio Stephani *Calbenzo* et Grimoaldo filio Stephani medietatem curtis et terrae de loco Angri, ubi *Casamabile* dicitur.	VII	22	96
DCCLXVI	1025	Aprili	VIII	»	* *De eadem locatione ut in praecedenti Instrumento.*	VII	23	98
DCCLXVII	1025	Aprili	VIII	38. LANDOLFI et 14. PANDOLFI fil. eius.	Stephanus abbas monasterii s. Benedicti, quod constructum est iuxta *portam civitatis Abellini*, per decem annos dat excolendam terram de loco Baneo Petro filio Petri et Ioanni filio Ioannis medietate fructuum.	VII	24	98
DCCLXVIII	1025	Aprili	VIII	38. LANDOLFI et 14. PANDOLFI fil. eius.	Remissio duorum *monimінum*, seu documentorum, quae communia sunt Petro filio Petri et Mauro filio Bassi, per Petrum facta eidem Mauro, qui se obligat ea restituere, si necesse fuerit, praedicto Petro.	VII	25	100
DCCLXIX	1025	Maio	VIII	37. GUAIMARII et 7. GUAIMARII filii eius.	Ingnelfreda terram cum aliquantis avellanarum arboribus, Nuceriae, ubi *Ermoaldu* dicitur, sitam, pro pignore tradit Petro filio q. Grimoaldi, qui eidem Ingnelfredae auri tarenos decem commodavit.	VII	26	101
DCCLXX	1025	Iunio	VIII	»	Ademarius et Adelferius, filii q. Ademarii amalphitani, qui erat filius domni Sergii Imperialis Patritii et Amalphitanorum Ducis, tarenis auri triginta et duobus, terram cum vinea de loco *Felline* apud Salernum, vendunt Bisantio filio q. Alfani.	VII	27	102

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
DCCLXXI	1025	Iulio	VIII	37. GUAIMARII et 7. GUAIMARII fil. eius	*Memoratorium*, quo Petrus presbyter et Cardinalis ecclesiae s. Maximi coram domno Maione abbate eiusdem ecclesiae locavisse declarat per tredecim annos terram cum arbusta vite apud Nuceriam de loco Agella, quam in beneficio possidet, Adelferio filio Maranci.	VII	28	104
DCCLXXII	1025	Augusto	VIII	»	Maio abbas s. Maximi Constantino, natione Graeco, filio Kalozuri presbyteri dat terras excolendas apud Nuceriam, quibusdam statutis oneribus.	VII	29	105
DCCLXXIII	1025	Augusto	VIII	»	Dauferius abbas ecclesiae s. Mariae Salerni, bona eiusdem ecclesiae de loco Liciniano dat per decem annos, nonnullis oneribus adimplendis, Ligorio filio Ioannis, et Ioanni, et Petro, et Urso, filiis q. Petri, qui se obligant excolere, ibique arbores et vites serere.	VII	30	107
DCCLXXIV	1025	Augusto	VIII	66. BASILII Imper. et 63. CONSTANTINI fratris eius	Aurilianus primicerius, cognomento *Caballinus*, filius q. Petri *Caballini*, una cum consensu Rosae uxoris suae terram in monte Vesuvio, ubi *Somma* dicitur, positam vendit Sparano filio q. Auriliani *de Fontana*, tarenis decem et octo.	VII	31	109
DCCLXXV	1025	Septembri	IX	37. GUAIMARII et 8. GUAIMARII fil. eius.	Leo et Amor, germani filii q. Ioannis, terram cum vinea de loco *Iovi* apud Salernum emunt a Petro clerico filio Mundi.	VII	32	111
DCCLXXVI	1025	Septembri	IX	»	Coram iudice Rageмprando Risus, filius q. Achini, et Maio abbas ecclesiae s. Maximi compromissum faciunt adeundi una cum iudice terras, de quibus actio instituebatur ab eis, ut litem inter se componant.	VII	33	112
DCCLXXVII	1025	Novembri	IX	18 SERGII Du-	* Divisio castaneti et sylvae			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
				cis Amal. et 2. anno....	ac domus inter Ioannem de Iohanne et Maurum filium Sergii, Amalphitanos.	VII	34	112
DCCLXXVIII	1025	Novembri	IX	37. GUAIMARII et 8. GUAIMARII filii eius.	*Morgingab*, seu instrumentum donationis quartae partis suorum bonorum per Maurum subdiaconum filium Pinnini uxori suae Aldanae filiae Petri.	VII	35	113
DCCLXXIX	1026	Ianuario	IX	»	Petrus clericus et abbas Cappellae Palatii, filius q. Petri, locat Ioanni filio q. Miri, consueto solario terram sitam Nuceriae de loco *Monticello* subtus ecclesiam s. Quirici	VII	36	114
DCCLXXX	1026	Martio	IX	38. GUAIMARII et 8. GUAIMARII filii eius.	Ursus atrianensis filius Lirini *de Gutto* excolendas tradit terras in loco *Beteri* iuxta flumen positas, Petro filio Ioannis et Stephano filio Ioannis *Pesanu*. Eo siquidem pacto, ut si Petrus et Stephanus eas ipsas terras melioratas venumdant, omnibus emptoribus Ursus praeferendus sit, dummodo is extimationi se subiiciat; si secus, venumdant cui voluerint.	VII	37	116
DCCLXXXI	1026	Maio	IX	»	Maio abbas s. Maximi confirmat locationes terrarum, quas ecclesia ipsa possidet in loco *Angre*, ubi *Casamabile* dicitur.	VII	38	117
DCCLXXXII	1026	Maio	IX	»	Alferada filia q. Rochi et uxor Sesami donat, viro suo consentiente, quartam partem duarum terrarum cum vinea de loco *Iovi* cuidam Tandae filiae q. Ioannis atrianensis et uxori Leonis filii Sergii *Manganaro*, a qua accepit camisiam pro *Launegild*.	VII	39	119
DCCLXXXIII	1026	Iunio	IX	»	Ioannes filius q. Petri donat *unum passum* terrae de loco *Frecdaria* apud Salernum Ioanni filio Petri, qui pro Launegild pallium tradit.	VII	40	121
DCCLXXXIV	1026	Iulio	IX	38. GUAIMARII	Instrumentum divisionis ter-			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
				et 8. GUAIMARII fil. eius.	rarum de loco Tusciano apud Salernum inter Iaquintum, Ioannem, Landolfum, Lademarium Comites, filios q. Maraldi, et Truppoaldum filium q. Gaidonis.	VII	41	122
DCCLXXXV	1026	Octobri	X	38 GUAIMARII et 9. GUAIMARII filii eius.	* Iaquintus et Petrus filii q. Petri, et Raydulphus abbas monasterii s. Sophiae Salerni conventionem inter se ineunt de terra in loco Marano sita.	VII	42	123
DCCLXXXVI	1026	Novembri	X	»	Areghisius filius q. Falconis emit a Gisolfo filio q. Guidonis terram incultam intus Salernum prope viam, quae ducit ad Portam Rotensem.	VII	43	124
DCCLXXXVII	1026	Novembri	X	»	Ermesenda filia Ursi, et filius suus Romoaldus vendunt, *iuxta legem Romanorum*, domum quam Salerni possident, Ademario abbati ecclesiae s. Gramatii.	VII	44	125
DCCLXXXVIII	1026	Decembri	X	»	Petrus presbyter filius Falconis terram ad Nuceriam, ubi *Palumbara* dicitur, cuidam Guinardo vendit tarenis auri viginti.	VII	45	126
DCCLXXXIX	1027	Ianuario	X	»	Adelferius et Guaiferius Comites, filii q. Risandi, excolenda terram et vineam de loco *Olearia*, intra Salerni fines, consuetis oneribus Ioanni filio q. Petri tradunt.	VII	46	128
DCCXC	1027	Februario	X	»	Risus filius Ursi *Pappacena* terras Nuceriae sitas, ubi Agella dicitur, restituit Iaquinto presbytero et primicerio ecclesiae s. Maximi.	VII	47	130
DCCXCI	1027	Iunio	X	9. GUAIMARII et 1. GUAITELGRIMAE genitricis eius	Promissio *Morgengab* Rodelaitae puellae filiae Petri per Ioannem filium Ioannis, qui in uxorem eam ducturus est. Sequitur tradictio praedicti *morgengab* secunda die nuptiarum.	VII	48	131
DCCXCII	1027	Iulio	X	»	Radelghisius Comes, filius			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					q. Adelferi per quatuor annos locat molendinum quod habet in fluvio Veteri, Iohanni graeco molinario.	VII	49	132
DCCXCIII	1027	Augusto	X	65. Constantini Imperatoris	Exemplar *Morgengab*, quo Ioannes filius Sevii *de civitate Melfi*, quartam suorum bonorum partem donat Dumnanae filiae Magni de eadem civitate.	VII	50	134
DCCXCIV	1027	Novembri	XI	10. Guaimarii	Maghenolfus presbyter filius Granati, et Petrus diaconus filius Ioannis bona ecclesiae s. Maximi Salerni, quae in beneficium possident in loco *Montorio*, locant Marancio presbytero filio Petri, quibusdam oneribus adimplendis.	VII	51	135
DCCXCV	1027	Novembri	XI	»	*Memoratorium* locationis terrarum de loco *Agella* apud Nuceriam, per Iaquintum presbyterum et primicerium filium Gaudiosi, statutis nonnullis pactis, factae Ioanni filio q. Petri.	VII	52	137
DCCXCVI	1028	Ianuario	XI	»	Petrus et Iaquintus, germani fratres, ac eorumdem soror Auria, filii q. Ciceri, terram çum domo inter se dividunt.	VII	53	139
DCCXCVII	1028	Ianuario	XI	»	Testamentum Iaquinti filii Petri *de Correiano* in beneficium uxoris ac filiarum suarum exaratum.	VII	54	142
DCCXCVIII	1028	Maio	XI	»	Iaquintus Comes, filius q. Gaidonis, vendit auri tarenis viginti et quinque Stephano filio q. Ioannis agrum Salerni positum prope ecclesiam s. Salvatoris.	VII	55	144
DCCXCIX	1028	Augusto	XI	»	Concessio terrarum, de loco *Olearia* apud Salernum, facta Urso per Imetancum Comitem consuetis oneribus.	VII	56	145
DCCC	1028	Octobri	XII	11. Guaimarii	Domnus Musandus abbas s. Sophiae Salerni duas terras			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					de loco Lanzara, ubi *a la Statua* dicitur, excolendas tradit Ioanni filio Mauri e Nuceria, consuetis oneribus.	VII	56	147
DCCCI	1028	Octobri	XII	11. Guaimarii	Musandus, monasterii s. Sophiae abbas, in emphyteusim concedit terram de loco *Campoarbusto* apud Nuceriam, medietate vini et pomorum et consueto solario, Constantino graeco filio Kalaiuri.	VII	57	149
DCCCII	1028	Octobri	XII	»	Musandus abbas s. Sophiae terram cum arbusto de loco *Lanzara* locat, statutis quibusdam oneribus iuxta loci consuetudinem, Raynaldo filio q. Ioannis, et Maraldo et Maioni, germanis fratribus et filiis q. Stefani a Nuceria.	VII	58	151
DCCCIII	1028	Octobri	XII	»	Tradictio duarum terrarum cum arbustis monasterii s. Sophiae Salerni facta Leoni e Nuceria, filio q. Stephani, per Musandum abbatem.	VII	59	153
DCCCIV	1028	Novembri	XII	»	Iaquintus filius Nannigni a Nuceria accipit ad exarandum terram cum arbusto ibi sitam ac propinquam monasterio, quod dominus Guaiferius aedificaverat, a Musando abbate s. Sophiae.	VII	60	155
DCCCV	1028	Novembri	XII	»	Musandus dat excolendas Adalferio filio q. Saberni terras cum arbusto de loco *Silia*.	VII	61	157
DCCCVI	1028	Decembri	XII	»	*Memoratorium*, quo Machenolfus, filius q. Richardi, terram cum arbusto ad Nuceriam, ubi *a la Sala* dicitur, locat Landoni filio q. Andreae, et Ioanni presbytero, Alferio et Ademario, germanis fratribus.	VII	62	159
DCCCVII	1028	Decembri	XII	»	Gemma, uxor Leonis et filia Iaquinti, consentiente viro suo, vendit terram et domum Salerni supra *portam s. Fortunati*, *Elini* vulgo dictam, Ioanni Comiti filio q. Maraldi.	VII	63	161

****

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
DCCCVIII	1028	Decembri	XII	11. GUAIMARII	Musandus abbas s. Sophiae, consuetis oneribus, tradit terram cum arbusto intra curtem ipsius monasterii positam, ubi *campu rapistaru* dicitur, Ermengardo filio q. Ioannis magistri de loco Apusmonte.	VII	64	163
DCCCIX	1029	Ianuario	XII	»	Musandus abbas s. Sophiae Salerni locat Guisoni filio Rusandi et Liotardo filio Mari terras cum arbustis vitibus ad Nuceriam, ubi *Gorga Lupeni* et *ad Arenola* dicitur *subtus castellum*.	VII	65	164
DCCCX	1029	Ianuario	XII	»	Grimoaldus filius domni Ioannis, quibusdam sub pactis, accipit ad excolendum duas terras cum castaneto monasterii s. Sophiae, quae sunt iuxta flumen Pecentinum de loco Silia.	VII	66	166
DCCCXI	1029	Februario	XII	»	Maghenolfus presbyter et Petrus diaconus ecclesiae s. Maximi locant terras de loco Montorio, ubi *Ctrione* dicitur, quas in beneficium possident, Iaquinto filio Petri.	VII	67	16
DCCCXII	1029	Februario	XII	»	Concessio in perpetuum ecclesiarum s. Mariae et s. Nicolai apud flumen Sylerem, ubi *Mercatello* dicitur, facta per Iaquintum, Landonem et Desium Comites, germanos fratres ac filios q. Disii Comitis, Fusco presbytero.	VII	68	170
DCCCXIII	1029	Februario	XII	»	Abbas monasterii s. Sophiae Salerni, medietate vini et pomorum, concedit duas terras cum arbusto, ubi *Campitellu* et *Ortellu* dicitur, Amato filio q. Ciceri.	VII	69	172
DCCCXIV	1029	Februario	XII	»	Musandus abbas monasterii s. Sophiae molendinum in flumine Lyrino constructum, per tres annos locat Andreae molitori.	VII	70	174
DCCCXV	1029	Martio	XII	»	Emphyteusis perpetua ter-			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					rae de loco *Barbaciano* apud Nuceriam, ad ecclesiam s. Maximi pertinentis, in favorem Mirandi filii Berengneri *de Saba*, nonnullis oneribus statutis et acceptis.	VII	71	175
DCCCXVI	1029	Martio	XII	11. GUAIMARII	Machenolfus filius q. Machenolfi emit duodecim tarenis auri a Ioanne filio q. Rofi. a Nuceria bona, quae ipse Ioannes ibi possidet super ecclesiam s. Prisci ad *Catapalubulum*.	VII	72	178
DCCCXVII	1029	Maio	XII	»	Tradictio bonorum de loco Silia iuxta flumen Pecentinum a Musando abbate s. Sophiae facta Ioanni et Petro filiis q. Ioannis, ut ea excolant.	VII	73	179
DCCCXVIII	1029	Maio	XII	»	De mandato domni Amati Archiepiscopi salernitanae ecclesiae Ursus filius q. Prandi locat Ferrando clerico terras ad Nuceriam, ubi *a la Sala* dicitur.	VII	74	180
DCCCXIX	1029	Maio	XII	»	Radoaldus filius q. Maraldi a Correiano, et Roma mater eius donant Leoni filio Bisantii terram et domum Salerni sitas.	VII	75	182
DCCCXX	1029	Iulio	XII	»	Musandus abbas s. Sophiae in emphyteusim perpetuam terras, quae sunt Nuceriae, ubi *Statua* dicitur, consuetis oneribus tradit Ioanni et Stephano filiis Petri.	VII	76	183
DCCCXXI	1029	»	XII	»	* Ioannes filius Rofrid a Ioanne filio Erberti emit castanetum et sylvam Nuceriae, ubi *ad Preturum* dicitur.	VII	77	184
DCCCXXII	1030	Februario	XIII	12. GUAIMARII	Coram Principe in *sacro salernitano palatio* Desius filius Corbi, suo suaeque genitricis Cetrae nomine, declarat Maionem ecclesiae s. Maximi abbatem usurpasse bona ad ipsam ecclesiam pertinentia de loco *Agella* ad Nuceriam.	VII	78	185

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
DCCCXXIII	1030	Februario	XIII	12. GUAIMARII	Leo et Ioannes atrianenses filii Ursi de Lupino tradunt Marino filio Ioannis, qui dicitur *de Rudipertus*, bona excolenda de loco Veteri consuetis oneribus.	VII	79	186
DCCCXXIV	1030	Aprili	XIII	»	Praxus abbas s. Nicolai *de Gallucantu* in emphyteusim dat terram, de loco Salicto infra Militianenses fines, Alfano filio q. Leonis, nonnullis pactis et oneribus definitis.	VII	80	187
DCCCXXV	1030	Aprili	XIII	»	Partitio terrarum Nuceriae inter Machenolfum filium Benedicti *Fogari*, et Sellictum monachum filium Ciceri cognatum suum.	VII	81	189
DCCCXXVI	1030	Maio	XIII	16. IOANNIS Ducis Amalphiae.	Domnus Leo filius q. Sergii *de Urso, de Leone, de Trasinundo* emit integram partem cuiusdam domus, Amalphiae positae iuxta maris litus, a Theodenanda filia Mauronis et vidua Mansonis.	VII	82	194
DCCCXXVII	1030	Iulio	XIII	12. GUAIMARII	Permutatio terrarum de loco *Pandola* apud Rotam inter Muntorium filium Alechisi et Ademarium presbyterum.	VII	83	195
DCCCXXVIII	1030	Septembri	XIV	13. GUAIMARII	Marinus et Ioannes filii q. Leonis Atrianensiis donant Theodonandae sorori suae terram de loco *Staffilo* apud Veterem.	VII	84	196
DCCCXXIX	1060	Novembri	XIV	»	Petrus iudex filius q. Grimoaldi *Gentilis* et Petrus *Terrabendeca* filius Alfani fideiussionem sibi dant ad invicem coram Guidone Castaldo pro finienda lite de terra apud Nuceriam, ubi *Floccanum* dicitur.	VII	85	197
DCCCXXX	1030	Novembri	XIV	»	*Aliud exemplar chartae supradictae.*	VII	86	198
DCCCXXXI	1030	Decembri	XIV	»	Ursus Atrianensis filius q. Leonis de *Gutto* conventionem facit cum Ioanne filio			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					Petri de permissione vindendi terram apud flumem Veterem, quam ipse Ursus excolendam concesserat Petro filio supradicti Ioannis.	VII	87	198
DCCCXXXII	1031	Februario	XIV	13. GUAIMARII	Confirmatio locationis terrarum apud Mitilianum, ubi *Forma* vocatur, nonnullis pactis et oneribus, per Ioannem filium q. Mansonis, Mauro filio Martini et Sendae uxori eius filiae q. Truppoaldi.	VII	88	199
DCCCXXXIII	1031	Martio	XIV	*Desunt anni Principis*	Gemma, filia Petri *Cantalena* de Transmonte, infantulum Ioannem, quem procreavit cum Petro e Salerno, in famulatu Ioannis *Tecapanta* filii Gregorii de *Bicu* collocat, cui in omnibus apparere debet. Habetur de famulatu huiusmodi integra conventio.	VII	89	201
DCCCXXXIV	1031	Aprili	XIV	13. GUAIMARII	Restitutio terrae, quae sita est inter Camellam et Vatollam in Cilento, Abbati Monasterii S. Archangeli per Comites Camellae, Ancillae Dei et Palaseae.	VII	90	202
DCCCXXXV	1031	Maio	XIV	»	Ioannes filius domni Visantii infantulus, *infra aetatem*, et Guaiferius filius q. Atenolfi fideiussionem sibi praebent ad invicem coram iudice, de componenda lite, quoad possessionem terrae et domus Salerni.	VII	91	203
DCCCXXXVI	1031	Iunio	XIV	»	Guaimarius Comes filius q. Guaimarii et Musandus Abbas Monasterii s. Sofiae Salerni tradunt, censu annuali solidorum auri decem et octo, Petro presbytero filio q. Petri a Nuceria, bona in agro nucerino, *Aputmontes* et Sarni posita.	VII	92	204
DCCCXXXVII	1031	Augusto	XIV	»	Locatio moletrinae apud Veterem ad sex annos, tarenis decem annualibus, per Radelchim Comitem filium q. Adel-			

*****

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					ferii Comitis facta Stephano filio q. Sergii et uxori eius Deseiae.	VII	93	206
DCCCXXXVIII	1031	Augusto	XIV	13. GUAIMARII	Iaquintus Comes filius q. Desigii Comitis excolendam dat per tres annos terram secus flumen Sylerem, Ioanni *Ballense* filio Landonis.	VII	94	207
DCCCXXXIX	1031	Octobri	XV	14. GUAIMARII	Mila, filia q. Ioannis et uxor Astilfi filii q. Leonis, donat domum, quam possidet in castro Caputaquensi, Remedio filio q. Andreae et Beraldo filio q. Viti.	VII	95	208
DCCCXL	1031	Novembri	XV	»	Compositio litis de quibusdam terris apud *Montorum* inter Maghenolfum presbyterum filium q. Granati et Petrum diaconum filium Ioannis et alios.	VII	96	210
DCCCXLI	1031	Novembri	XV	»	Truppualdus Abbas et Scriba Palatii per viginti et novem annos, concedit nonnullis Iudaeis, quorum nomina descripta sunt, puteum ad Principem Salerni pertinentem, in Iudaica positum; pro qua concessione Iudaei se obligant reddere quotannis duas utres caprinas et cingulum sericum.	VII	97	211
*DCCCXLII	1032	Februario	XV	»	Madelmus filius q. Iaquinti et uxor eius Griselaita filia q. Mari terram cum vinea, intra fines Mitiliani sitam apud Transboneiam, vendunt triginta et duobus auri solidis Gregorio presbytero filio q. Gregorii.	VII	98	212
DCCCXLIII	1032	Februario	XV	»	Benedictus e Calvanico filius q. Rodenandi declarat accepisse ad colendam terram et castanetum de loco Calvanico, ubi *ad Cupula* dicitur, a Visiniano Sculdai, nomine Guaimarii Principis et fratrum eius Guidonis et Paldulfi.	VII	99	214
DCCCXLIV	1032	Aprili	XV	»	Lando filius Landonis *Bassi*,			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					aliique ex ipsamet Bassi familia e Nuceria, locant terram quam possident ad *pedem de Turre rubta mezana*, medietate pomorum et consueto terratico, Nicolao Graeco filio q. Constantini.	VII	100	216
DCCCXLV	1032	Iunio	XV	14. GUAIMARII	Instrumentum venditionis terrarum ultra flumen Tuscianum factae Petro filio Mansonis per Ioannem monachum Monasterii s. Benedicti.	VII	101	217
DCCCXLVI	1032	Octobri	I	5 ROMANI IMPER.	Ademarius filius q. Ioannis proesbyteri, duobus solidis sotericis vendit cuidam Michaeli vineam, quam possidet Luceriae apud flumen Salsulam, ubi dicitur *Labandaria*.	VII	102	219
DCCCXLVII	1033	*deest*	»	*desunt anni Principis*	Basilius de Crommyda vendit pro statuto pretio quatuor et viginti solidorum Nicolao de s. Caterina domum, quam possidet in civitate Barensi ad s. Mariam de Metizzia.	aa	3	221
DCCCXLVIII	1033	Februario	I	15. GUAIMARII	Friderisius Comes filius q. Radoaldi ad excolendas concedit Summo filio Petro, et Domnando filio Angeli res suas, quas possidet de loco *Ribus Saltu* in agro salernitano.	VII	103	224
DCCCXLIX	1033	Aprili	I	»	Pinta, quae Aloara vocatur, filia q. Leonis Amalfitani, ut filium suum Ioannem aere alieno liberare posset, de licentia principis, medietatem omnium bonorum suorum, quae sunt intra et extra Salernum, solidis centum, vendit Petro filio q. Pandonis.	VII	104	226
DCCCL	1043	Maio	I	»	Ioannacius filius q. Leonis de Marino, et Marinus eius frater, dividunt inter se bona, quae sive Salerni, sive alio possident.	VII	105	229
DCCCLI	1033	Iunio	I	47. LANDOLFI et 23. PANDOLFI fil. eius.	Locatio bonorum Petri proesbyteri filii Genci et Ioannis filii Marandi ab iisdem facta			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					Ioanni et Simeoni filiis Ioannis.	VII	106	230
DCCCLII	1033	Iunio	I	47. LANDOLFI *et* 23. PALDOLFI *fil. eius*	Petrus proesbyter filius Genci et Ioannes filius Marandi donant terram de loco Baneo Ioanni et Simeoni filiis Ioannis, a quo receperunt in launegild pallium.	VII	107	232
DCCCKIII	1033	Iunio	I	»	Venditio terrae de loco Baneo apud civitatem abellinensem per Petrum presbyterum filium Genci facta Ioanni et Simeoni fratribus filiis Ioannis.	VII	108	233
DCCCLIV	1033	Iunio		»	Petrus proesbyter filius Genci et Ioannes filius Marandi, terram de loco Baneo, per tredecim annos locant Ioanni et Simeoni filiis Ioannis.	VII	109	234
DCCCLV	1033	Octobri	II	16. GUAIMARII	Adelferius abbas Ecclesiae S. Maximi, terram apud Nuceriam, ubi *Novara* dicitur, in perpetuum excolendam concedit nonnullis et consuetis oneribus, Vassallo filio Iaquinti.	VII	110	236
DCCCLVI	1033	Octobri	II	»	Nucerinus, Leo et Stephanus germani fratres, et filii q. Stephani, terram cum domo in castro Nuceriae, Petro uterino eorum fratri vendunt viginti tarenis aureis.	VII	111	238
DCCCLVII	1033	Octobri	II	»	Iaquintus proesbiyter et Primicerius ecclesiae s. Maximi, concedit terram de loco *Agella* apud Nuceriam, Vassallo et Ioanni, fratribus ac filiis Iaquinti, cum facultate pistrinum ibi construendi, acutendi aqua, quae *de la Forma* vocatur, ad ipsam ecclesiam pertinentem.	VII	112	240
DCCCLVIII	1033	Novembri	II	»	Mirus Iudex filius q. Miri diaconi locat per septem annos Mario filio q. Martini terram Nuceriae sitam ad Floccanum.	VII	113	241
DCCCLIX	1033	Novembri	II	»	Donatio terrae intus Batol-			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					lam et Camellam per Mansonem et Guaimarium, filios Guaiferii, ac per alios Comites, Laurentio Abbati Monasterii s. Archangeli in Cilento.	VII	114	243
DCCCLX	1033	Novembri	II	16. GUAIMARII	De mandato Principis Ioannes Castaldus concedit ad excolendam terram Sacri Palatii de loco *Tusciano* Martino a Capua filio Petri.	VII	115	244
DCCCLXI	1033	Decembri	II	»	Adalferius Abbas ecclesiae s. Maximi terram, quam possidet in loco qui dicitur *Casaamabile* ad Angrum, tradit excolendam Ioanni et Marancio filiis q. Maranci *Ragimperghe*,	VII	116	245
DCCCLXII	1033	Decembri	II	»	Adalferius Abbas ecclesiae s. Maximi terram apud Nuceriam, ubi *Cancellata* dicitur, Ioanni filio Ammori locat, consueto solario et medietate glandium.	VII	117	248
DCCCLXIII	1034	*deest*	II	*Desunt anni Principis*	Helena monialis, Leandri filia, ac eius consobrinus Nicolaus Casanensis filius Portaritae, nulla necessitate coacti offerunt ecclesiae s. Theodori Martiris bona, quae possident apud Appium.	aa	4	249
DCCCLXIV	1034	Februario	II	16. GUAIMARII	Commutatio terrarum inter domnum Dauferium, qui deget Batollae in Cilento, et Alfanum filium domni Stefani.	VII	118	251
DCCCLXV	1034	Februario	II	»	Sandus filius q. Mari de bonis, quae habet apud Forinum, ubi *Preturo* dicitur, in commune cum fratre suo Dauferio duas terras vendit Ioanni filio Bisantii, qui est gener Faroaldi filii Alechisi. Caetera vero, quae habet ex materna haereditate in territorio Forino, auri solidis constantinianis viginti ipsi patri suo Dauferio vendit.	VII	119	253
DCCCLXVI	1034	Februario	II	»	Marus filius q. Petri qui			

******

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					fuit filius adoptivus Andreae filii Leonis *Algelmo* vendit domum Salerni Petro presbytero et Ioanni filiis q. Mari.	VII	120	255
DCCCLXVII	1034	Martio	II	16. GUAIMARII	*Memoratorium,* quo Sico filius q. Risi conventionem facit cum Petro et Ioanne filiis q. Alfani de divisione bonorum in loco *Trintinaria.*	VIII	1	256
DCCCLXVIII	1034	Martio	II	»	Maraldus filius Dauferii solidis aureis quinque vendit Laurentio, Abbati monasterii s. Archangeli de Monte Corace in Cilento, terram in loco *Batolla.*	VIII	2	258
DCCCLXIX	1034	Martio	II	»	*Vicariatio,* seu permutatio terrarum de nucerino agro facta inter Ferrandum clericum filium q. Aczonis et Maghenolfum filium Richardi.	VIII	3	259

CODEX CAVENSIS DIPLOMATICUS

DCCVIII.

A. D. 1018.

† In nomine domini tricesimo anno principatus domni nostri guaimari, et tertio anno principatus domni iohanni eius filio, gloriosis principibus, mense agustus, prima indictione. Ideoque nos grimoaldus filius ursi, et urso et ademari germani filii citri, et maraldus et iohannes germani filii ademari, et petrus et citro germani filii sillicti, clarefacimus, quoniam comuniter abuimus cum aliis nostris consortibus una pecia de terra cum arbusto bitatum in locum nuceria propinquo ipso castellum beterem, que nobis est pertinentes in pars ipsorum genitoribus nostris; modo bero congruum est nobis ipsa nostra sortionem exinde benumdaret litti filio idem litti, qui est unus de ipsi consortibus nostris, et tunc ante subscripti testes ostedimus unum brebem quod ibidem relectum fuit: erat continentes, qualiter frampertus, qui fuit abio ipsius litti, et maraldus, qui fuit abio meumque grimoaldi et bisabio nostrumque ursi et ademari, et maraldi, et iohanni, et petri, et citri, et fuerunt germani filii godelperti, compreenserat ad pastenandum in partionem da landenolfus filius idem landenolfi, bice sua et pro bice de filii adenolfi germani sui, seu et da lando nepote eius, tam pro se quam et pro bice landenolfi germani sui, terra illorum quam abuerat in locum nucerie propinquo ipso castellum, que abet finis: de uno capite fine bia puplica, et de uno latere fine iohanni filii trasiperti et fine laudati filii lupi, et de alio capite fine alia bia, et de alio latere fine supradicti genitori ipsorum framperti et maraldi et iohanni barbani eorum; de ec bero terra, qualiter superius finis posite sunt, totum illut compreenserat ipsi nominati frampertus et maraldus ad pastenandum in partionem: istut continebat ipse brebem et aliut; et dum infra suprascripte finis pertinet nobis, exinde aberet inclita quartam partem, interea nos superius nominati grimoaldus et urso, et ademari, et maraldus, et iohannes, et petrus, et citro, qui sumus thio et nepotes, sicut nobis congruum est, nostre bone boluntatis ante eodem subscripti testes per anc cartulam benumdedimus tibi predicti litti tota et inclita nostra sortionem de supradicta rebus de suprascripto locum, quod est quartam partem infra superscripte finis, unde

de ipsa quartam parte quod tibi benumdedimus, nec nobis qui supra nominato thio et nepote, neque a nostris eredibus, neque a nullus quemqua ominibus nichil exinde reserbabimus portionem, set tota et inclita ipsa quartam parte, qualiter superius dicta est, tibi predicti litti exinde benumdedimus, cum omnia intro se abentibus omnibusque suis pertinentiis, et cum bice de bia sua, et cum ipsum brebem quod superius declarabimus, ad securiter et firmiter amodo et semper tu et tuis eredibus illut abendum, dominandum, possidendum, omnia inde faciendum quod bolueritis, et pro confirmandam et stabiliscendam anc nostram bindictionem da presenti recepimus a te predictus litto statutum pretium, idest auri tari boni numerum octo, sicut inter nos combenit, finitoque pretium ipso aput nos; de qua per bona combenientiam guadia tibi predicti litti dedimus, et mediatorem tibi posuimus urso presbiter filius andree abitator de locum bantianum [1]); et per eadem guadia obligamus nos et nostris eredibus antistandum et defensandum tibi tuique eredibus tota et inclita suprascripta nostra bindictionem da partibus uxoribus nostre et da illi ominibus et partibus, cui per vos illut vel exinde datum, vel obligatum, seu manifestatum esset paruerit; de aliis bero ominibus non queratis nos inde auctores et defensores, set cum ista cartula et cum istum brebem, quod superius declarabimus, et cum quale alia monimen et rationem inde abere potueritis, licentiam et potestatem abeatis bice nostra in omnibus inde causare et finem facere, sicut vultis, et vobis illut abeatis et per vos ipsis illut vobis defensatis; si autem, sicut dictum est, nos et nostris eredibus semper taliter tibi tuique eredibus illut non defensaberimus, vel si nos nostrisque eredibus quomodocumque per qualecumque rationem illut vel exinde tibi tuique eredibus tollere aut contrare quesierimus, et quodcumque causationes vobis inde preposuerimus, ante omnia questio et causatio nostra tacita et bacua sit, et obligamus nos et nostris eredibus componere tibi tuique eredibus biginti auri solidi constantini, et illut vobis per inbitis defensemus per illo ordine, sicut superius dictum est: tantum, si aliquando tempore exurserit eredes ipsorum superscripti landenolfi, et adenolfi, et landoni, et landolfi, aut quiscumque pro eorum partibus, et emiserit nobis de supradicta rebus qualiscumque causationes, unde nobis occasionem preponere possat, sibe de illut dibidendum secundum ipsum brebem de ipsa pastenationem, sibe per qualecumque ordinem pro ipsa pastenationem, ut cuniungatis vos uniter nobiscum vos et vestris eredibus nobiscum et cum nostris eredibus..... ipsum brebem de ipsa pastenationem usque ad beram legem, et uniter adque communiter inde causemus usque ad beram et diffinitam legem, et in quale parte ipsa quarta

[1]) *Bantia,* in Lucania.

nobis perbenerit quod vobis benumdedimus, talem inde abeatis vos et vestris eredibus omni tempore per ipsa cartula per supradicto ordinem; set, ut ipsa cartula per aliis modis non fiat trasmutatam, ipsa cartula vobis emisimus, et alia tale inde nobis retinemus, et taliter scribere rogabimus te iso presbiter et notarius, actum montorum.

† Ego grimu

† Ego amatus.

DCCIX.

A. D. 1018.

† In nomine domini tricesimo anno principatus domni nostri guaimari, et tertio anno principatus domni iohanni eius filii, gloriosi principibus, mense september, prima die intrante secunda indictione. brebem emissum nobis guaiferius filius quondam guaiferi comiti et lando abbas monasterii sancti iohanni situs intus anc salernitanam cibitatem ante porta rotense, per combenientia ante subscripti testes communiter tradidimus iohanni molinator filio petri inclita duobus molina, que communiter abemus, que dedicata sunt in flubio lirino propinquo mare. inclita ipsa molina, qualiter conciata vel edificata sunt, cum mole et ferraturia sua, et cum arcaturiis, et iscle, et aquarum usibus, et transita et exita sua, illut eidem iohanni tradidimus, tali hordine, ut amodo et usque unum annum expletum in kalendas de suprascripto mense september liceret illum et homines qui ille miserint, inclita suprascripta molina sue potestatis tenere et dominare, et cotidie illam regere et conciare, ut perfecte macenare possant, et omnis molitura que de ipsa molina tollere vel abere potuerint, totum sue sint potestati, faciendum quod boluerit: preter per omnes kalendas deant ad missum nostrum ibidem biginti quadtuor modiola de granum, quale ibidem intraberit, mundum absque ordeum, ad tale mensura, quale usque nunc consuetudo est illut tollendum, et deant nobis omnis tunsura de ipsa molina: medietatem illut ad missum meumque guaiferi, et medietatem ad pars predicti monasteri; et quando infra ipso constitutum necesse fuerit mole in ipsa molina, nos ille ibidem eorum demus bone, sicut meruerit, per illis conciate et ordinate, sicut meruerit; et si ipsa arcaturia de ipsa molina plena vel rupta fuerit, ubi nos inde scire fecerint, da presentis illam conciare faciamus, sicut meruerit, et quantum opera perdiderit pro ipsa ruptura et mole et pro generationem, nobis illut imputemus, et per omnis ebdomada

macenare michi nominati guaiferi omnis granum meum absque molitura, quod ibi mandaverimus, et in pars ipsius monasteri macenarent per omnis die sapati, sibe de nocte, omnis granum qui ibidem mandaverit, absque molitura. Unde in eo hordine per vona combenientia guadia nobis ipse iohannes dedit, et mediatorem nobis posuit: michi guaiferi posuit mediatore petrus comes filius quondam alfani, et michi nominati abbati mediatore posuit petrus filius arechisi; et per ipsa guadia obligavit se et suos eredes, ut si taliter, sicut dictum est, nobis non adimpleberit et aliquit exinde contradixerit, componere michi nominati guaiferi, vel ad meos eredes, et ad partibus ipsius monasterii quinquaginta auri solidos costantinos: ad ipso constitutum inclita ipsa molina cum omni pertinentia sua conciata ad nostra remittat potestatem, faciendum quod boluerimus, per suprascripta guadia et obligata pena. Verumtamen suprascripta molina cum omnis pertinentia sua et ipse isclis, medietatem pertinet michi nominati guaiferi, et medietatem predicti monasteri, et unc brebem scribsi ego dauferius notarius.

† Ego myrandus notarius me subscripsi

† Ego ademari me subscripsi.

DCCX.

A. D. 1018.

† In nomine domini anno tricesimo principatus domni nostri guaimari, et primo anno principatus domni guaimari [1]) eius filii, gloriosi principibus, mense nobember, secunda indictione. memoratorium factum a nobis iaquintus, et lando, et disiu comitibus, germani filii quondam disigi comiti, eo quod ante ante subscripti testes tradidimus iohanni atrianensi, filio sergi boccapiczula, et iohanni atrianensi filio sergi mangnanarum unum lagum nostrum qui dicitur paulinum, cum omnia pertinentia sua, qui ex omni parte ad fine nostra coniuntum est, et liceat illis vel illorum eredes, et omines quod illis ibidem miserit, amodo et usque unum annum completum per ipso lagum piscare, qualiter voluerit, et omnes pisces quod ibidem compreenserit, toti illis sibi abere; seu et liceat illis per isclis indeque et per mercatellum folia colligere, et lingna pro focu abscidere et tollere iusta ratione; et illis pro taliter pro censum exinde dederunt nobis quadtuor auri tari boni: ad ipso annum

---

[1]) Hoc anno, mortuo Ioanne, assumptus fuit Guaimarius IV filius Guaimarii III.

completum inclita suprascripta tradictione cum ipsum lagu perveniant ad nostram potestatem. unde pro taliter guadia nobis dederunt, et mediatores nobis posuerunt se ipsis; et per ipsa guadia obligavit se et suis eredibus, ut si aliquit inde remobere aut contrare quesierit, componere obligaverunt se et suis eredibus biginti auri solidos constantinos, et omnia suprascripta nobis complire, et hunc brebem scripsi ego iohannes notarius.

† Ego lando

† Ego ioannes.

DCCXI.

A. D. 1018.

† In nomine domini anno tricesimo principatus domni nostri guaimari, et primo anno principatus domni guaimari eius filio, gloriosi principibus, mense nobember, secunda indictione. Memoratorium factum a me petrus atrianense filio quondam sergi, eo quod ante subscripti idoneis hominibus per bona comvenientia ad tenendum et pastenandum tradidi ligori filio stephani una pecia de terra mea, que abeo in locum trasboneia, ubi propio ad tegora dicitur; as fines et mensuras abet: de una parte fine via publica que pergit ad mare, inde passos quadraginta quinque: alia namque parte fine ballone, inde passos quadraginta quinque, longitudo vero de anbobus lateribus ana passos centum in ipsa parte da mare da ipso ballone usque in ipsa via publica, quam et de ipsa alia lateribus partibus da fine ipso vallone et usque in ipsa via da mare. per iamdictas fines et mensuras cum vice de via sua ego ei tradidi tali ordine, ud amodo facerent ibi reditum, et ibidem residere et avitarent et suos eredes, et fovee et omnes sue utilitati iusta rationem ibi facerent, et tota res ipsa pastenare viti de bono vitineo et pomis, et surgere et edificare ibidem perfecta vinea; et quantum vinum et poma exinde exierit amodo et usque quadtuor anni completi, totum esset sue potestatis, faciendum que boluerit. Et da completi ipsi quadtuor anni in antea usque completi duodecim anni, per omnes annum per tempum de vindemie faciant ille et suos eredes scirent nos et nostris eredibus, ut nos ibi pergamus, vel dirigamus missos noster, et ille vel eius eredes tota ipsa vinea rationaviliter vindemiare, et omnes vinum et poma exinde per medietatem ibi ad palmentum dividerent in palmento suo, qui ille ibi fecerit, et reponant ille vel eius eredes ipsa nostra sortionem de ipso vinum in organeo, qui nos ei ibi adsingnavimus, qui per ille et eius eredes per

annum ipso organeo esset perfectum bonum conciatum et studiatum, et faciant nobis salbum ipso vinum usque illos exinde tollere fecerimus, absque degeneratione, et ingne, et mures: missum nostrum, sibe nos, dum ibi steterimus, ille vel eius heredes notrire secundum suam possivilitatem, et amodo ille vel eius eredes pastenare ibidem cannietum et salicetum; ad completi autem sidecim anni, ud amodo se compleant, ille autem et suos eredes abeant in tota ipsa res per iamdictas fines et mensuras vinea de bono vitineo surta, perfecta, lebata et inpalata ad palos cannas, et circoitum bona clusa, et sic esset operata bona, sicud locus ipse et de tantos annos meruerit, et presens faciant ille, vel eius heredes, scirent nos, ud ibi pergamus, et adsignet nobis surtum cannietum et salicetum perfectum, et dividerent ille, vel eius eredes, tota ipsa terra cum vinea et salicetum et cannietum per iamdictas fines et mensuras iusta rationem in duas partes ad equale mensuras, et prius ego vel meos eredes compreendamus exinde una sortem, qualem boluerimus, reliqua ipsa alia sorte tradamus ipsius ligori et ad eius eredes, per talem securitatem bonam facta, omni tempore defensatum per nos et per nostros eredes cum vice de via sua da omnes omines omnique partibus: ipso reditum qui ibi est, si ebenerit in sortionem nostram, potestatem abeant ille exinde tollere et in sua sortione portarent, et ipsa lingnamina que modo ibi sunt in ipsa res, quanta exinde ille vel eius eredes absciderit, per medietatem nobiscum illas dividere; palmentum vero qui ibi est, si in sortionem nostram ebenerit, demus ei medietatem, et si in eius sortionem ebenerit, deant ille nobis medietatem. Ita ut ipsa sortionem de predicta res que ei in sortionem a nos ebenerit, si aliquando tempore ille vel eius eredes daturum vel vinditurum abuerit, non abeant potestatem cuicumque illos dare, preter mihi meique eredibus illos deant ad iusto baliente pretium quod iuste fuerit adpretiatum, et faciant ille vel eius eredes exinde scire nos pro illos tollendum per tertio constitutum usque diebus triginta sex; et si infra ipsa constituta noluerimus eos emere, dandum nos inde ei iusto baliente pretium quod iuste fuerit adpretiatum, tunc licead illis eos dare cui boluerit. Nam si ante ipsa constituta cuicumque illos dederitis sine nostra licentiam, ud parutus sit, sicud de illorum potestatem exet substractum, tunc sine pretium rebertar ad nostram et de nostris eredibus potestatem. Unde pro taliter per bona combenientia guadia michi ipse ligori dedi, et mediatorem nobis posui se ipsum per apposita omnes pignera et causam suam legitimo et inlegitimo; et per ipsa guadia *etc. Statuta mulcta viginti auri solidorum constantinianorum.* Et ego alderissi notarius unc brebem scripsi et interfui.

† Ego amatus

† Ego petrus me subscripsi.

DCCXII.

A. D. 1018.

† In nomine domini tricesimo anno principatus domni nostri guaimari, et primo principatus domni guaimarii eius filio, gloriosi principibus, mense nobember, secunda indictione. Ideoque ego leo atrianense filius quondam sergi boccapiczola, sicut mihi congruum est, bona mea bolumtate per hanc cartulam benumdedi adque ad semper abendum confirmo tibi mulieri nomine monde congnate mee, filia quondam feri, qui sit uxor iohanni germano meo, inclita sortionem meam de omnis rebus mea quem abeo in locum trasboneia, ubi ad maiano dicitur, finibus mitilianense, de quantum quantoque de ipsa rebus mihi est pertinentes per successione, sicut diximus, inclitam ipsam meam sortionem tibi nominate monde congnate mee, astante ipso iohannes germano meo et predicto viro tuo, et per eius bolumtate benumdedi cum sortionem meam de omnis monimen inde continentes qui est rebus ipsa cum insitetum et terra bacua, cum omnia intro se abentibus et suis pertinentiis, et cum bice de biis suis, et cum ipsa sortionem meam de omnis monimen inde pertinentes. Unde de inclita ipsam meam sortionem de ipsa rebus nullam mihi, vel uxori mee, aut cuiqua ominibus, vel in quavis partibus, exinde restitit aut dicimus remanere sortionem. Set, sicut diximus, funditus illut tibi nominate congnate mee benumdedit, sceptuatum sortionem meam, quem abeo in terra cum castanietum meum qui est in ipso monte qui dicitur catarisuo, quod ad meam reserbo potestatem: illo aliut totum inclita ipsa sortione mea tibi nominate monde congnate mee benumdedit, ad securiter et firmiter amodo et semper tu nominata congnata mea et tuis eredibus illut abendum, dominandum, possidendum, omnia inde faciendum quod bolueritis, absque omni mea et de meis eredibus, aut cuiqua ominibus contrarietate vel requisitione. Unde pro confirmandam et stabiliscendam anc mea bindictione nunc a presentis recepi a te nominata congnata mea statutum pretium, i sunt auri solidi de tari septem ana quadtuor auri tari boni per solidos, sicut inter nos combenit in omnis deliberatione, finitoque vero pretium ipsum aput nos. Ea ratione per bona combenientia guadia tibi nominate congnate mee dedit, et mediatorem tibi posui me ipsum; et per ipsa guadia *etc. Sequitur formula, statuta mulcta viginti auri solidorum constantinianorum.* Et quale tempore tu et tuis eredibus per vos ipsi bolueritis inde esset auctores et defensores, bice nostra licentiam et potestatem abeatis in omnibus inde causare et finem facere, sicut bultis, cum quale rationem inde abueritis; nam, quando me

et meis filiis et eredes exinde auctores et defensores abere quesieritis, ego autem et meis filiis et eredes inclita supradicta mea bindictione tibi tuique eredibus defensemus et omnia adinpleamus, sicut superius legitur, per supradicta guadia et obligata pena. Quam te ademari notarius scribere rogabimus, actum salerno.

† Ego radoaldus me subscripsi

† Ego petrus notarius me subscripsi.

DCCXIII.

A. D. 1018.

† In nomine domini anno tricesimo principatus domni nostri guaimari, et primo anno principatus domni guaimari eius filii, gloriosi principibus, mense ianuarius, secunda indictione. Memoratorium factu a me landolfus comes filius quondam guaimari comiti, eo quod ante subscripti testes per vona combenientia tradidit iohanni et petri germani filii quondam maroni, et petri congato illorum filio petri turbi, due clusurie de terra cum arbustum vitatum, et pomis, et insiti, et castanei, quod abeo in locu silia ista parte flubio pecentino per finis et mensurie. Una de ipse clusurie de una parte fine mea inde sicut rebolbit, inde sunt passi centum sexaginta octo : de super fine mea, sicut bia discernit, sicut rebolbit ipsa via, inde sunt per ipsa via passi centum triginta nobem : ab oriente fine mea, inde sunt passi nonaginta sex. Ipsa alia clusuria per ec finis et mensurie: ab oriente fine mea, inde sunt passi octuaginta octo: de super similiter fine mea, inde sunt passi quinquaginta octo: ab occidente similiter fine mea, inde sunt passi octuaginta : de subtus a meridie fine mea, inde sunt passi sexaginta tres, tota soprascripta rebus ad iusto passum omini: inclita ipsa clusuria priore tradidimus ipsius iohanni medietatem, et ipsa alia medietate tradidimus ipsorum petri et petri, ipsa alia clusuria posteriore tradidimus predicti germani filii maioni. In tali ordine illut eorum tradidimus, ut amodo et omni tempore ad sua et de suis eredibus sint potestate illut tenendum, dominandum, et fobee et omnis sue utilitatis ibidem faciendum, et ibidem residere et abitare, et totum ipso arbustum suo tempore de super et de subter lavorare et cultare, sicut in ipso locum meruerit, et, ubi meruerit, illut cludere et clusum illum abeant, et sic per annum totum illut lavorare et cultare, ut proficiant et non dispereant, et salbum illut faciant, et per annum de vindemie faciant me vel meos eredes scire, ut missum nostrum illuc dirigamus,

et illis totum illut suo tempore vindemiare et poma inde colligere, et omnis vinum exinde ibique ad palmentum ibique inter nos dividamus per medietatem: nos tollamus illut medietatem, et illis medietatem, et ipsa nostra medietate de ipso vinum ibique in domus sua in organea nostra, quod ibique eis dederimus, per illis vona conciata vona, sicut meruerit, et faciant illut salbum, dum illut inde tulerit, absque generatione et ingne, et ipso vinum ibique reponant et faciant illut, sicut supradictum est; de que per annum in ipsa rebus seminaverint, deant inde nobis ibique had aira inclita una tertia partem, et due sortis inde sivi abere, ita ut per aire faciant scire, ut missum nostrum illuc dirigamus, et per annum deant nobis palmentateca, et, dum missum nostrum ibidem steterit pro recipiendum ipsa nostra sortione, illis eum nutrire secundum suam possibilitatem; castanee et insite que per annum ibidem sunt, illis eam colligere et seccare, et medietatem ille nobis ibique nobis dare, et medietatem ille heorum demus. Et quale tempore de ac terra salernitana exierit aliubi ad avitandum, aut si tale culpa fecerit unde cecidere debuerit, suprascripta rebus perveniant ad nostra potestatem, faciendum inde omnia quod boluerit. Sic tamen, ut si infra tribus anni ibidem fuerit rebersi ad avitandum, vel ubi in gratia pervenerit de ipsa culpa, suprascripta rebus ad illorum perveniant ad illorum potestatem, tenendum et laborandum illut in suprascripta ratione: tantum ipsum annum, si lavoratum tollant inde ipsum frudium si fuerit lavoratum, et quale tempore illis rebus ipsa tenere et lavorare noluerit, aut non potuerit, suprascripta rebus vona laborata et cultata et clusa perveniant ad nostra potestatem, faciendum inde omnia quod boluerimus, et ille inde exire cum omnia sua causa mobilia et ire cum illut, ubi boluerit. Unde pro taliter guadia michi dederunt et mediatores mihi posuerunt se ipsis; et per ipsa guadia obligaverunt se, et suis, et eredes suas, ut si aliquit de omnia suprascripta nobis non adimpleberit et aliquit inde contradixerit, per vona combenientia componere obligavit se et suis eredibus mihi meique eredibus triginta auri solidos constantinos et omnia suprascripta nobis adimplerent. Et hunc brebem scripsi ego iohannes notarius.

† ego ermenandus

† Ego grimoaldus me subscripsi.

DCCXIV.

A. D. 1019.

† In nomine domini tricesimo anno principatus domni nostri Guaimarii, Et secundo [1] anno principatus domni guaimarii eius filii, gloriosi principibus, mense februarius, secunda indictione. Memoratorium factu a nobis eupraxi grecus, qui sum presbiter et abbas ecclesie sancti nicolay de locum beteri, pertinentem ecclesia ipsa lamberti et landoari comitibus germani filii quondam alberti comitis, et nos risus et rodericus germani filii quondam maraldi, et madelmus filius quondam iaquinti, et petrus nepote istius madelmi ac filius sergi et imperatisse, qui ipsa imperatissa sororem est ipsius madelmi, ego nominatus risus, vice mea et vice romoaldi notarius genero meus et vice romoaldi filius meus, et ego nominatus abbas pro vice ipsius ecclesie et per largietatem de ipsis comitibus, qui sunt dominii ipsius ecclesie, eo quod ante subscripti ydoneis hominibus tradidimus sergi et ursi, qui sunt natibi de terra de amalfi ac filii iohanni cumperti, de rebus que conmune abemus in locum albole, ub ipalombara dicitur, pertinentia salernitana.... longitudo de anbas lateras ana passos centum, et latitudo in omni loco passos sexaginta sex et due parti de ... hominis, que adiacet ista pecia in pars occidentis et de omni parte ad fine nostra coniuncta est, cum bice de bia sua ... ut amodo et usque duodecim anni conpleti ad sua et de suis heredibus sint potestatem, tenendum et dominandum, et fobee et omnis sue hutilitatis ibidem faciendum iusta ratione, et reditum ibi facerent, et ibidem residerent et abitarent, et in tota ipsa pecia pastenaret vinea de bono vitinio, seu cannietum et salicetum et pomis, et illut annualiter lavorare et studiarent, sicut meruerit; et que vinum et frudium inde exierit amodo et usque quinque anni completi, totum illut sivi aberent. Et da ipse quinque anni usque ipsi duodecim anni conpleti, quantum vinum et fruges inde exierit, per medietatem ibique inter nos dividamus; illis medietatem, et nos medietatem, ita ut de ista nostra medietate pars ipsius ecclesie tollad inde medietatem, et nos omnes suprascripti medietatem, ad dividendum inter nos, sicut per lege ibidem abere debemus sortionem: tantum ipsi pastenatores annualiter per tempore de vindemie scire faciant nos, ut illuc dirigamus missos nostros, videlicet pars ipsius ecclesie unum missum, et nos omnes alium missum pro recipiendum ipsa nostra sortione de ipso vinum;

---

[1] Lege: *primo.*

et si noluerimus illut. . . . . reponere et dederimus eorum ibidem organeum da vinum, illis ipsum organeum conciaret bonum et studiarent et ipso vinum nostrum . . . . reponeret in reditum vel casa, quod ibi fecerint, et faciad nobis illut salbum, donec illut inde tollamus absque degeneratione et ingnem, et, dum ipsi missi nostri ibi steterit pro ipsa vindemia, illis eos notrirent secundum suam possivilitate. Ad conpleti ipsi duodecim anni abeant in tota ipsa pecia vinea facta, et operata, et cultata, et inpalata, seu cannietum, vel salicetum seu pomis, sicut de tantos annos locus ipse meruerit, et scire nos faciant ad vinea plena, et dividant tota ipsa pastenationem per medium equaliter iusta rationem, et pars ipsius ecclesie et nos predicti consortes vel nostris eredibus conprehendamus inde prius quale parte voluerimus, unde pars ipsius ecclesie tollad et abead medietatem, et nos medietatem, et ad ipsi germani pastenatores, vel ad illorum eredes, tradamus in sorte ipsa alia medietate, per tale securitatem bonam factam, ut omni tempore securiter illut abere possant defensatum per nos et nostris eredibus et per pars ipsius ecclesie da omnes homines omnique partibus: reditum et palmentum quod ibi abuerint, si venerit in sortione sua, aberet illut sivi; et si venerit in sortione nostra, potestates abeant illut inde disturbare et portare ad suam sortionem. Et si aliquando ipsa sua sortione daturam aut vindituram abuerint, non abeant potestatem cuicumque illut vel exinde vindere aut dare, sic ut de illorum potestatem siad sustractum; preter nobis nostrisque heredibus et in pars ipsius ecclesie illut vindant ad iusto pretium que iuste fuerit appretiatum, et faciant nos inde scire pro illut tollendum per tertio constitutum usque dies triginta sex; et si infra ipsa constituta noluerimus illut emere et dare inde eorum iusto baliente pretium, post ipsa constituta licead illis eos dare cui voluerit; nam si ante ipsa constituta, si cuicumque illut vel exinde dederint, sic ut de illorum potestatem esset sustractum, sine pretium rebertad ad nostram potestatem et de pars ipsius ecclesie, et stetimus nos defensare illorum tota iamdicta traditionem usque ipsi duodecim anni conpleti cum vice de bia da omnes homines. Unde in eo hordine per conbenientiam guadia nobis dederunt ipsi germani et mediatores nobis posuerunt se ipsis, ut si taliter *etc. Statuta mulcta triginta auri solidorum Constantini.* Et pro parte ipsius ecclesie scribsi ego myrandus notarius.

† Ego alderissi notarius me subscribsi.

† Ego dauferius notarius me subscripsi.

DCCXV.

A. D. 1019.

† In nomine domini tricesimo primo anno principatus domni nostri Guaimarii, et primo anno principatus domni guaimarii eius filius, gloriosi principibus, mense martius, secunda indictione. Memoratorium factu a me alfanus filius leoni, eo quod ante subscripti ydoneis hominibus per bona conbenientiam ad tenendum et lavorandum tradidit mihi eupraxius presbiter et abbas ecclesie sancti nicolay, qui constructum est in locum veteri pertinentem lamberti et landoari comitibus, germani filii quondam alberti comiti de rebus pertinentem ipsius ecclesie, qui esse videtur in vocabulum ubi dicitur salittu, qui est terra cum vinea deserta, et castanietum, et vacuum uno teniente per hec finis et mensurie: a parte occidentis fine ipsius ecclesie, inde passi duodecim et gubita dua et palmum unum: a parte meridie fine sicut termiti ficti sunt, inde sunt passi quadtuordecim, gubita dua, palmum unum, et ab inde rebolbente in oriente passos duos, et abinde saliente in pars meridie passi quinquaginta duo minus cubitum unum, et abinde revolbente in meridie passi quadtuor, et iterum salientem in sursum passi biginti tres et palmi tres, et abinde revolvente in septemtrione passi octo, et abinde saliente in sursum passi biginti: a parte orientis passi triginta sex: a parte septemtrionis inde passi centum, totum mensuratum ad iusto passum hominis; per istas fines et mensuras inclitum illut mihi tradidit una cum totum castanietum pertinentem ipsius ecclesie, quod habet in ipsum locum salittu, tali hordine, ut amodo et usque nobem anni conpleti ad mea et de meis heredibus sit potestatem tenendum et dominandum, et fobee et omnis nostre hutilitatis ibi faciamus iusta rationem, et tota ipsa vinea annualiter apto tempore lavoremus, hoc est, scalciemus, adimpleamus, zappemus, propaginemus et per ipso bacibum, et ubi meruerit et potuerimus propagines traiere, illas ibidem tragamus, potemus, ligemus vinea ipsa, et sic eam lavoremus de super et de supter, et studiemus, et cultemus, sicut locus ipse meruerit, ut proficiad et non disperead et bona paread lavorata et cultata, et poma, ubi aptum fuerit, infra traditione ipsa pastenemus; et annualiter per vindemie scire faciamus ipsum abbatem, vel suos successores, seu pars ipsius ecclesie, ut ibi veniad aut dirigad missum suum, et nos tota ipsa vinea suis temporibus vindemiemus et ad palmentum ibique procuremus, et poma exinde et castaneis infra ipse finis et mensuriis vel castaneis de ipso alio castanietum suis temporibus colligamus, et castanee ipse secchemus, et omnis vinum et castaneis, seu alia poma

que inde exierit, ibique dividamus inter nos per medietatem : pars ipsius ecclesie medietatem , et nos medietatem; et ipsa medietate de ipso vinum , que in pars ipsius ecclesie inde venerit, nos illut reponamus ibique in reditum que per partes ibi modo fecerimus, ubi nos abitare debemus, et mittamus vinum ipsum in organeum illorum da vinum que nobis ibique dederit, qui per nos sit bonum conciatum et studiatum, et faciamus ipso vinum salbum, donec illut inde tulerit, absque degeneratione et ingnem; et dum pro ipsa vindemia ibi steterit ipse abbas vel missum a pars ipsius ecclesie, nos illum nutriamus secundum nostram possivilitatem : ad completi ipsi nobem anni abeamus ipsa vinea ibidem cultata et studiata, sicut locus ipse meruerit, ut bona paread cultata et studiata: simulque ipso vacibum qui est infra et erga ipsa vinea extra illut, ubi est ipso castanietum, que cum propagines que traxerimus que cum vites que posuerimus, totum illut vinea factum habeamus cultata et studiata , sicut de tantos annos locus ipse meruerit; seu si pomis ibidem planctaberimus, studiatos illos ibidem et surtos habeamus, et da ipso constitutum in antea, donec illut tenere voluerimus, nos et nostris heredibus, natos nascentes, omni tempore illut teneamus tota iamdicta traditionem, et ipsa vinea annualiter lavoremus et studiemus, sicut locus ipse meruerit, de super et de supter, quatenus semper in melius proficiad et non dispeready et bonum paread lavoratum, et castanieta ipsa et alia poma exinde colligamus, et de ipso vinum, et castanee, et poma, et de omnia sic faciamus et dividamus et adimpleamus cum ipsum abbatem, vel missum suum, seu pars ipsius ecclesie, sicut superius dictum est, inter nos faciendum et adimplendum et dividendum ipsa frudia, et de omni statuta sic faciamus, quomodo infra supradictum constitutum facere diximus. Unde in eo hordine per conbenientiam guadia mihi ipse abbas dedit et mediatorem mihi posuit sergi filius leonis fagilla; et per ipsa guadia obligavit se suisque successoribus et pars ipsius ecclesie omni amichi meique heredibus adimplendum, sicut prelegitur, et defensare nobis nostrisque heredibus, natos nascentes, amodo et usque ipso constitutum et super ipso constitutum, donec illut tenere voluerimus, defensare nobis iamdicta sua tradictione cum vice de via sua da omnes homines omnique partibus; et quale tempore da ipsi nobem anni in antea ipsa traditione tenere noluerimus, aut non potuerimus, tunc ipsa traditione, sicut dictum est, cultata et studiata remittamus in pars ipsius ecclesie, et licead nos nostrisque heredibus inde exire cum omnia nostra causa mobilia et pergamus, ubi voluerimus. Quod si taliter omnia suprascripta nobis non adimpleberint et aliquit inde contradixerit, per ipsa guadia componere obligavit se ipse abbas suisque successoribus et pars ipsius ecclesie biginti auri solidi costantini. Verumtamen de quante castanee collexerimus de tota ipsa castanieta infra ipsas mensuras vel extra ipsas mensuras, tertiam partem secche in pars

ipsius ecclesie inde demus, et due sortis inde nobis abeamus per supradicta guadia et obligata pena que nobis se obligavit. Ego myrandus notarius taliter ab eis rogatus sum et unc brebem scripsi.

† Ego alderissi notarius me subscribsi.

† Ego petrus me subscripsi.

DCCXVI.

A. D. 1019.

† In nomine domini tricesimo primo hanno principatus domni guaimarii, et primo anno principatus domni guaimari eius filii, gloriosi principibus, mense aprelis, secunda indictione. Memoratorium factum a me petrus presbiter filius idem petri, eo quod ante presentia miri et mirandi iudicibus et alii idoneis hominibus coniunctus sum ad bona combenientia cum mulier nomine deusdede, que sikelgaita vocat, sorore mea, et una cum ea adesset cumpso presbiter viro suo filio aystolfi, propter ad dividendum inter nobis de rebus nostris cum arbustis vitatis, et abellanieta, et quertieta de heodem locum nucerie pertinentes nobis per successione a parte iamdicti petri genitori nostro et da sikelgaita que fuit genitrice nostra. Unde prius dividimus una pecia de terra cum arbustis vitatis de locum barbatianu, ubi proprio salamra dicitur, et pro sua sortione comprehensit exinde ipsa sorore mea ha parte meridie per hec finis et mensurie: a pars occidentis fine via, sunt inde passi tredecem : a meridie fine de consortibus nostris et pertange ad fine de heredes domni ademari, sicut limite discernit, inde sunt passi triginta sex: ab oriente fine de ipsa eredes domni ademari similiter, sicut discernit limite, inde passi decem et pedes tres: a semptemtrionis fine ipsa sortione mea, inde se coniungit ad ipsa via priore fine, sunt inde passi quadraginta tres et pedes tres, et in medio locum est latitudo passi decem et pedes tres; istut per iamdicte finis et mensurie conprehensit ipsa nominata sorore mea una cum ipso viro eius, et michi tradiderunt in sorte mea totum illo aliut a foras ista mensuria in parte semptemtrionis ; quam et dividimus alia pecia cum abellanietum , qui est a super floccanu, ubi ad silva et lavinata dicitur, et ipsa soror mea cum ipso viro suo comprehensit

exinde sua sortione a parte occidentis, de sidecim sortionibus comprehensit una sorte, qualiter per legem inde ei evenire debuit sequenter nostre rationibus, et michi tradiderunt ipse alie quindecim sortionibus adunate a parte orientis: simulque dividimus alia pecia ibique ad silva cum abellanietum nobellum coniunctum ad ipso abellanietum quod primis dividimus: similiter ipsi vir et uxor comprehenserunt exinde in sorte sua a parte occidentis de sidecim sortionibus comprehenserunt sex sortionibus adunate, quem pro sortione sua et quem pro sortione, que fuit iohanni germanum nostrum quod eidem sorori mee confirmabit, et michi exinde tradiderunt relique ipse alie decem sortionibus adunate a parte orientis: iterum et tradiderunt ipsi vir et uxor tota pecia cum radis arboribus et pomiferis propinquo ecclesia sancti marcelli cum alia pecia cum arbustum vitatum da kata-cansulu et tres sortionibus de alia pecia cum arbustis de locum campu, et propter ipsa pecia da sanctum marcellum et propter ipsa pecia da cata-kansulu et pro ipse tres sortis de ipsa pecia da campu, quod michi tradiderunt in sorte mea, pro taliter tradidi ego illorum inclita quartam parte, quod de ipsa pecia da campu illorum per mensuria a parte orientis et a parte occidentis ana passi quadtuordecim: istut per iamdicte finis et mensurie illorum tradidi in sorte sua, et illis tradiderunt propter ista mensuria quod comprehenserunt, tote ipse alie tres sortionibus a foras ista mensuria in pars septemtrionis cum ipsa pecia da sanctum marcellum et da kata-cansulum; tamen ipsa quartam partem quod eorum tradidi de ipsa pecia da campu est per mensuria a parte orientis et ab occidente ana passi quadtuordecim et pedes tres et uncie tres, et, ut dictum est, propter ipsi passi quod exinde comprehenserunt, tradiderunt michi ipsi vir et uxor totum ipso aliut quod exinde remansit extra ipsa mensuria iamdicta in ipsa pars semptemtrionis cum predicte ambo pecie da sanctum marcellum et da kanta-cansulu, quia taliter inter nobis et illis fieri complacuit: similiter dividimus inter nos alia rebus cum quertietum quod abemus in monte, ubi sita est ecclesia vocabulum sancti cyrici, et unde tradiderunt illis michi inclite tres sortionibus adunate a parte occidentis, et illis comprehenserunt exinde quartam partem a parte orientis: simulque adiunxit nobis ipsa nominata sorore mea una cum ipso viro suo tota et inclitá sortione sua, quod est totum unum frontale qui fuit iamdicte sikelgaite genitricis nostre; ideo totum et inclitum ipso frontale adiunxit et tradidit nobis a super ipsa mea sortione de iamdicta rebus stavile, faciendum inde ego et meis eredibus omnia quod voluerimus; et manifestaberunt se nobis ipsi vir et uxor, ut legitima sortionem da me receputa haberent de omnis causa movilia, que michi et ipsius sorori mee fuit et est pertinentes a partibus supradicti genitor et genitrice nostris; hec vero rebus stavile et movile inter nos dividimus et sortes inter nos tradidimus, ad securiter

et firmiter amodo et semper ego et meis heredibus, et ipsa sorore mea et suis eredibus, pars partium, eos habendum, possidendum, dominandum, omnia inde faciendum per partes quod voluerimus, absque unus alterum contrarietatem. Unde per bona combenientia guadia michi ipsi vir et-uxor dederunt, et mediatorem michi posuerunt riso iohanni filium, qui fuit de locum sarnum; et per ipsa guadia obligavit se et suis filiis et heredes, ut si taliter, sicut supradictum est, in supradicta divisione firmiter non permanserint et aliquit de omnia, ut superius legitur, removere aut contrare quesierint per quabis modis, per eadem guadia obligaverunt se suosque filios et heredes ad componendum michi meique heredibus, vel cui unc brebem divisionis vice nostra in manum paruerit, quinquaginta hauri solidos constantinos, et omni tempore in supradicta divisione firmiter permaneant. Verumtamen et hoc recordamus, quia de supradicta guadia, quod ipsi nominati vir et uxor michi dederunt, mediatorem michi posuerunt supradictum riso filium iamdicti iohanni. Iterum et dividimus alia pecia in locum sianu, unde ipsa nominata sorore mea comprehensit exinde quartam partem in pede a parte occidentis et michi tradiderunt inclite relique tres sortionibus adunate a super a parte orientis, et de ipsa prima pecia da salara ipsa nominata sorore mea comprehensit ipsa sortione super supradicta mensuria a parte meridie, et ego comprehensi ipso aliut ab ipsa pars septemtrionis, et hunc brebem scripsi ego iohannes clericus et notarius qui interfui.

† Ego qui supra mirino iudex

† Ego qui supra mirandus iudex

† Ego ioannes

† Ego amatus.

DCCXVII.

A. D. 1019.

† In nomine domini tricesimo primo hanno principatus domni guaimarii, et primo anno principatus domni guaimari eius filii, gloriosi principibus, mense augustus, secunda in-

dictione. Memoratorium factum a me grimoaldus filio quondam garofali, eo quod in loco nuceria ante presentia miri iudici et alii subscripti testes coniunctus sum cum muliere nomine senda filia sellicti cognata mea, relicta quondam iaquinti, qui fuit similiter cognato meus et filius quondam machenolfi, et cum mari filio ipsorum sende et iaquinti, ad faciendum cum eis finem de rebus stavile que fuit supradicti machenolfi genitor ipsius iaquinti et socero iamdicte sende et meumque grimoaldi. Unde ante hos ipse iaquintus combenientibus, per firma cartula inclitam medietatem michi ex ipsa rebus sua michi confirmabit et tradidit, sicut ipsa continet; set querebat ipsa senda cognata mea ex ipsa rebus mea quartam portionem percipere per suum scriptum morgincahp, qui emissum fuit in die sue copulationis per iamdictus iaquintus cognato meus viro eius, et plurime causationes inter nos exinde abuimus et per iudicium ipsius miri iudici inter nos iudicatum fuit, ut per partes coniungeremus nos cum iudice et notario et nostris rationibus, et pergemus super ipsis rebus, de quo ipse mari nepotem meum et filium supradicte sende adversus me causabit et monstraret mihi ipse mari rebus illa, de quo adversus me causabit, et iuxta legem inter nos inde finem faceremus; set antequam ipsa rebus michi monstratam esset, hacta est inter nos combenientia, ut absque sacramenta et sine compositione inter nos eos diffineremus. Itaque, sicut inter nos utrasque combenit et complacuit, ipsa senda cognata mea et ipso mari filio eius, et una cum illis esset romoaldus notarius advocatorem illorum, tamen ipsius mulieri secundum legem ei consentientem ipse mari filius eius, in cuius mundium se palamfaciebat esse, receperunt a me per ipsa combenientia sex auri tari boni, et per susceptum launegilt relaxaverunt et donaverunt michi pariter omnes causationes et cuncte suorum questiones, quitquit me querere vel advicere potuerint de cuncta omnis rebus stavile, que fuit supradicti machenolfi socero nostrum, et quod michi confirmatum et pertinet possidere per supradictus iaquintus cognato meus virumque ipsius sende et genitor ipsius mari, et de quod ipsa senda una cum ipso filio suo per alie due cartule ante hos annos rebus suas michi iuxta legem confirmaverunt a super illut, quod iamdictus iaquintus vir et genitor eorum michi confirmatum abuit, sicut superius declaratum est: etiam et in eadem presentiam ego qui supra grimoaldus ostedi prelata monimen, quod michi per ipsum iaquintus et senda et mari confirmatum fuit iamdicta rebus, quod sunt quadtuor cartule et unum brebem divisionis: prima cartula emissam in anno sexto domni iohanni, et primo anno domni guaimari filii eius, gloriosi principibus, mense octuber, tertia indictione: ipse iaquintus michi medietatem de omnis rebus sua et de casis, quem ille dominaturus et possessurus erat a parte machenolfi genitori suo, et aliut continebat: scripta per guisone notario, rovorata per leo iudex et ab aliis testes. Alia

emissa in undecimo anno superii domni iohanni, et sexto anno ipsius domni guaimarii filii eius, gloriosi principibus, mense martius, septima indictione. Ipse iaquintus filius machenolfi declarabat comuniter abere cum grimoaldus cognato suo filio garofali omnis rebus que fuit predicti machenolfi genitori eius, ipse iaquintus medietatem, et ipse grimoaldus medietatem, et aliut continebat: scripta per petrus clericus et notarius, rovorata per ipso leo iudex et alii. Ipso brebem divisionis emissum in undecimo anno principatus domni iohanni, et sexto domni guaimari filii eius, gloriosi principibus, mense, martius septima indictione: ego quidem grimoaldus ante ipso leo iudex et alii testes coniunctus sum cum ipso iaquintus et ad perpetuum inter nos dividimus quinque pecie de terris per locis quod ipso brebem divisionis continet, et aliut continebat: scripto per ipso petrus clericus et notarius, rovoratum per ipso leo iudex et aliis. Una ex ipse cartule, quod ipsi nominati mater et filius ex ipsa rebus michi confirmaverunt, emissa de anno vicesimo quinto superii domni guaimarii gloriosi principis, mense ianuarius, duodecima indictione. Ipsi nominati senda et mari, mater et filius, secundum legem donaverunt et confirmaverunt mihi qui supra grimoaldi una pecia de terra cum aliquantum pastenatum in locum floccanu, ubi inserti da presbiter dicitur et ad caba vocatur, per finis et mensurie erat continentes: ipsa cartula scripta per iohannes clericus et notarius, rovorata per mirandus iudex et ab aliis. Ipsa halia cartula emissa de anno vicesimo sexto superii domni guaimarii gloriosi principis, mense december, tertiadecima indictione. Ipsa mulier nomine senda filia sellicti relicta iamdicti iaquinti filii machenolfi de locum floccanum et predictus mari filius eorum unianimiter per ipsa cartula donaverat ipsius grimoaldi cognato et thio eorum inclita medietate, quod fuit sortione illorum, de una pecia de terra que dicitur da cata maurici per finis et mensurie erat continentes, aliut continebat: scripta per iamdictus iohannes clericus, rovorata per ipso mirandus iudex et per aliis. Cum autem predicta monimina per me ostensa fuit et relecte fuerunt, ideo ipsi mater et filius una cum ipso eorum advocatorem profexi sunt, et per bona combenientia unianimiter manifestaverunt et dixerunt omnia, quomodo et qualiter sunt continentes iamdicta monimina, quod superius declarate sunt, veraces essent, et nullam inde reprobum aut fallacem facere poteret, neque per testes, neque per monimen, neque per quabis rationibus. Et per bona combenientia ipsi nominati senda et mari, mater et filius, tamen eidem sende secundum legem ei consentientem ipse mari filius eius, in cuius mundium me palamfaciebat esse, per bona combenientia unianimiter guadia michi dederunt et mediatorem michi posuerunt litto filio idem litti; et per eadem guadia obligaverunt se suorumque fili eredes, ut si quomodocumque per qualecumque rationem hec dicta combenientia removere aut contrare quesierint et quodcumque cau-

sationes nobis inde preposuerint nobis nostrisque eredes, volendum aliquit inde nobis nostrisque eredibus tollere aut contrare, ideo per supradicta guadia componere nobis nostrisque eredibus, vel cui brebem iste in manum paruerit, quinquaginta hauri solidos constantinos, et per invitis taciti et contenti inde permanerent, et faciant inde tacere illis hominibus et partibus, qui illarum partibus et datum causationes adversus nos inde excitaverint aut preposuerint, et omnia suprascripta nobis nostrisque eredibus adimpleant per supradicta guadia et obligata pena ipsi mater et filius omni tempore illis et illorum filii et heredes. Verumptamen et hoc recorda, quia supradictus mari nepotem meum per supradicta guadia obligaverunt se suosque eredes dividendum mecum et cum meis eredibus omnis rebus stavile, que fuit ipsius machenolfi abio eius soceri mei, ubicumque exinde inventus fuerit, per medietatem eos inter nos dividamus et sortes tradamus; ego et meis eredibus tollamus eos medietatem, et ipse mari et suis eredibus tollant eos similiter medietatem : tantum sceptuamus de ipsa rebus, que fuit ipsius maghenolfi soceri meo, due pecie de terra cum abellanietum, una in locum propinquo ecclesia sancti felici et alia in locum floccanu, ubi ad nucelle dicitur da boni; unde de ambo iste pecie nullam sortionem tollere queramus, nec ego, nec meis eredibus. Iterum et hoc recordamus, quia ipsa pecia cum arbustis, quod retinemus ad campu de are quod istut brebem divisionis continet, ipsa rebus est coniuncta a parte septemtrionis ad fine supradicti romoaldi notarii, qui fuit advocatore ad ipsa sua paratione, quod parabit da eredes ursi et da cicerus filius mastali et da halii consortibus nostris, et ipsa rebus sic abeamus omni tempore divisa inter me et ipso mari et senda, mater et filius, et meis et illorum eredes, sicuti ubi sortis per partes abemus comprehense equaliter per medietatem de qualis mensuria illut abeamus et possideamus , nos nostrisque eredibus medietatem, et illis similiter medietatem ipsa omnis rebus que fuit supradicti machenolfi, sicuti continet supra in isto brebem combenientie per supradicta guadia et obligata pena. Et hunc brebem scripsi ego iohannes clericus et notarius qui interfui.

† Ego qui supra mirimo iudex

† Ego guisenolfus

† Ego amatus.

DCCXVIII.

A. D. 1019.

† In nomine domini dei salvatoris ihesu cristi, imperante domno basilio magno imperatore anno sexagesimo, sed et Constantino magno imperatore frater eius anno quinquagesimo septimo, die bicesima quarta mensis novembri, indictione tertia neapoli. Certum est me maria heres qui marenda clamatur, filia quondam domni sergii qui cognominabatur passibola, relicta autem quondam domni theodori mischini, a presenti die promtissima volumtate Venumdedi et tradidit tibi sergio, qui nominatur spongatello filio quondam leoni dudum nauclerii, qui dicebatur scacarititiata, idest integrum horticellum meum qui mihi pertinet per quondam suprascripti domno teodori mischini biri mei, positum vero non procul ab ecclesia sancti archangeli, que et ponitur subtus muro publico regrediente porta novensis, in simul una cum introitum suum et omnibus sivi pertinentibus, Coherente sivi de uno latere parte septemtrionis hortum ecclesie vocabulo sancti felici iuris domum heredes quondam domni sergii de appium postmodum vero monte, sicuti inter se sepis exfinat et ex alio latere parte meridie est bicalem, unde tu et heredes tuis exinde anditum et introitum abere debeatis a suprascriptu orticellum qui superius tibi Venumdedit, het da duabus capitibus da partem horientis et da partem occidentis sunt hossuas ipsius ecclesie sancti archangeli, quomodo sepis exfinat, de quibus nihil mihi exinde aliquod remansit haut reservabi, nec in aliena cuiusque persona, quod absit, comisit aut iam comicto potestatem, set a presenti die et deinceps prenominatum suprascriptum integrum orticellum meum, qui mihi pertinet per quondam suprascripti biri mei, qualiter et quomodo tibi eos per suprascriptas coherentias exegregavi, set in integro, sicut superius legitur, a me tibi sit Venumdatum et traditum in tua tuique heredibus sint potestate, quit quit exinde facere volueritis, semper in omnibus arbitrio liberam abeatis potestatem; et neque a me suprascripta maria heres qui marenda clamatur, neque a meis heredibus, nec a me persona summissa, nullo temporem numquam tu suprascripto sergio aut heredes tuis, quod apsit, abeatis exinde aliquando quacumque requisitionem, aut molestiam per nullum modum, nec per summissam personam a nunc et im perpetuis temporibus: insuper et av omnis omines homnique porsonas homni temporem ego et heredes meis tibi tuique heredibus illut in omnibus illut antestare et defensare debeamus asque homni tua heredumque tuorum damnietatem nullam tibi tuique heredibus exinde mittentes occasionem; propter quod accepi

a te exinde in presentis idest auri solidos quactuor de auri ana quactuor auri per solidos in omnem decisione seu deliberatione, Quia ita inter nobis combenit. Si autem ego aut heredes meis quobis tempore contra hanc chartulam benditionis, ut super legitur, benire presumserimus, et in aliquid hoffensi fuerimus per quobis modum aut sumissam personam, tunc compono ego et heredes meis tibi tuique heredibus auri solidos duodecim bytianteos, et hec chartula venditionis, ut super legitur, sit firma scripta per me iohannem curialem scribere rogavi per suprascripta tertia indictione. hoc signum in suprascripta maria heres qui marenda clamatur, quod ego qui suprascriptor ab eam rogatus pro eam subscripsi et suprascriptos solidos traditos bidit.

† Ego sergius filius domni gregorii monachi testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos bidi †

† ΕΓΟ ΑΛΙΓΕΡΝΟΥC ΦΙΛΙΟΥC ΔΝ CΠΑΡΑΝΙ ΤΕCΤΙ CΟΥΒ ΕΤ CCΤΟC CΟΛΙΔΟC ΤΡΑΔΙΤΟC ΒΙΔΙ †

† (*Ego Aligernus filius domni Sparani testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos bidi*).

† ego iohannes filius domni petri testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos bidi †

† Ego iohannes curialis complevi et absolvi per suprascripta tertia indictione.

DCCXIX.

A. D. 1020.

† In nomine domini anno tricesimo primo principatus domni nostri guaimari, et secundo anno domni guaimari eius filio, gloriosi principibus, mense ianuarius, tertia indictione. Memoratorium factu a nobis guttus atrianense filius iohanni, ęt iohannes idem atrianense filius leoni, qui sumus consobrini fratri, eo quod ante subscripti testes ego iamdictus gutto, vice mea et vice marini et mauri germani mei, et ego supradictus iohannes vice mea et vice gutti et ursi et mauri germanibus meis, per vona combenientia guadia nobis dederunt iaquintus filius petri, et mediatorem nobis posuit iohannes atrianense filius lupeni, qui dicitur de maurisculu; et per ipsa guadia obligavit se, ut amodo et usque sex anni completi tenere sue potestatis terra cum gripta et terra vaciba ibique ante ipsa gripta, quem nobis est pertinentes habere in locum beteri circa litore maris, et ibidem

residere et habitare, et fobee et omnis sue utilitatis iusta rationem ibidem facere, qualiter voluerit, et pro censum de supradicta gripta et terra hoc annum dare nobis sedecim follari boni, et da completum unum annum in antea usque ipso constitutum, ut amodo se compleant ipsi sex anni, per omnis annum dare nobis nostrisque heredibus unum aureum tari bonum pesantem; ad completi ipsi sex anni liceat illum vel eius heredes inde exire cum omnis sua causa que ibi habuerit, et inclita ipsa gripta et terra revertas ad potestate nostra vel de nostris heredibus; et si taliter omnia nobis non adimpleverit et aliquit inde contradixerit, obligavit se et suos heredes componere nobis nostrisque heredibus decem auri solidos constantinos et omnia suprascripta per inbitis nobis complirent, et hunc brebem scripsi ego iaquintus notarius.

† Ego romualt

† ego petrus me subscripsi.

DCCXX.

A. D. 1020.

† In nomine domini anno tricesimo primo principatus domni nostri guaimari, et secundo anno domni guaimari eius filii, gloriosi principibus, mense ianuarius, tertia indictione. Memoratorium factum a nobis marinus filius petri romani, et iaquintus filius iohanni qui fuit de locum clusanu fines beneventi, eo quod ante ragemprandus iudex per combenientiam tradiderunt nobis ad laborandum raccho et romoaldus germani filii sassi inclite sortiones sue, quod est terra cum vinea et aliquanti castanei et inserti de locum capaczana, ubi sabuculo dicitur, quod eorum in sortione evenit da lando germano illorum, quod ipse racco vinea ipsa dividit in tertiam partem; unde ipse romoaldus compreensit ipsa sortione da pars occidentis per ec mensuria: de super capite fine ipso carbonario, inde passi triginta quinque, et a pars occidentis passi triginta nobem, de pede per medio ipso ballone passi triginta quinque; et ipse racco comprensit in sorte ipsa tertia sortione que est a pars orientis per mensuria: per ipso carbonario passi triginta tres, et in pede per ipso ballone passi triginta, et a pars orientis passi quinquaginta sex; et ipse lando compreensit ipsa sortione mediana per ipso carbonario passi biginti, et per ipso ballone passi biginti: tota omnis suprascripta mensuria ad iusto passum. Ideo, sicut diximus, ipsi racco

et romoaldus tradiderunt nobis ambo ipse sue sortiones, tali hordine, ut amodo et omni tempore nos et nostros heredes, natos nascentes, inclite ambo ipse illorum sortionis nostre potestatis tenere et dominare, et ibidem abitare, et omnis nostre utilitatis iusta ratione ibidem facere, et inclite ipse ambo illorum sortiones temporibus suis laboremus et cultemus et propaginemus, sicut meruerit, et ubi meruerit, pastenemus per ipso bacuum, qui ibi est, cannietum et vinea, et sic omni tempore illut laboremus et cultemus, sicut locus ipse meruerit, ut bene pareat laboratum et cultatum, et salbum illut faciamus; et per tempore de vindemie faciamus illis vel eorum eredes scire, ut veniant, seu dirigant ibidem missum suum, et nos ipse illorum sortiones vindemiemus, et omnis vinum, et poma, et castanee, et insites ibique dividamus per medietatem, ipse castanee et insites secchemus, et sic ille dividamus: illis et suis eredibus tollant inde communiter medietatem, et nos medietatem; et de quod in ipso bacuum seminaverimus, demus inde illorum terraticum iusta consuetudinem de ipso locum; et quando ipso palmentum faciendum venerimus, deant nobis illis adiutorium duo tari boni; et quando ipsa casa faciendum venerimus, licentiam abeamus tam de lingnamina illorum, que ibi abunt, quam et de alia lingnamina nostra, et ibidem abitemus, sicut superius legitur. De qua per vona combenientia guadia nobis ipsi germani dederunt, et mediatore nobis posuerunt iohannes filius ursi pizulatu; et per ipsa guadia *etc. Statuta mulcta decem auri solidorum constantinianorum.* et unc brebem scribsi ego dauferius notarius qui interfui. Verumtamen memoramus, ut amodo et usque duodecim anni inclita illorum tradictio nostre potestatis teneamus per suprascripto hordine; et quale tempore da ipsi duodecim anni in antea illut tenere et laborare noluerimus, liceat nos inde exire cum omnis nostra causa mobilia, que ibi abuerimus, scepto casa et palmentum que ibi fecerimus, et pergamus ubi boluerimus, sine illorum contrarietate, et inclita ipsa rebus laborata, quale illo tempore meruerit, ad eorum remittamus potestatem, faciendum quod bolueri. Hec omnia suprascripta fecit ipse romoaldus de ipsa sortione sua, una cum eum esse urso thio et adbocatorem eius, quod subiunxit ego superius dictus dauferius notarius.

† Ego qui supra ragemprandus iudex.

DCCXXI.

A. D. 1020.

Quum principium huius chartae minime intelligi possit, summarium praebemus :

† Septimo anno principatus domni Iohannis . . . . mense Iunio, tertia Indictione. Conventio inter Sergium Calendola et Alfanum de divisione facienda in loco Albole.

Ita sequitur textus :

Et si forsitans mihi causationes exurte fuerint de castanietum meum de locum albole quod ibidem est. . . . . quod ei non donabimus, tunc ipso preceptum salbum aput nos emittat, et nos illum abeamus, usque dum finem inde faceremus; post finem inde facta salbum illum aput illum, vel eius heredes emittamus potestatem; si autem cuncta que prelegitur, mihi meique heredibus non adimpleberit, aut si aliquit exinde contrare vel remobere quesierit, componere obligavit se et suis heredibus mihi vel ad meis heredibus decem auri solidos constantinos, et per invitis omnia suprascripta nobis nostrisque heredibus adimplerent: preter, si per lex cecidere debet, ut sacramenta inde dare, nos ipsa sacramenta et nostris heredibus demus et persolbamus, et unc brebem scripsi ego alchoin notarius qui interfuit, ego truppoalt, ego audoaldus et ego roffrit; tunc ego superius dictus iudex, dum scriptum illu pro taliter religentem et continentem agnobimus, ideo unc exemplum de eos scribere fecimus. Quod tibi romoaldi notario scribere dictabimus, qui scriptum illum vidisti et relegisti.

† Ego qui supra ioannes iudex.

DCCXXII.

A. D. 1020.

† In nomine domini tricesimo secundo anno principatus domni guaimari, et secundo anno principatus domni guaimarii optato filio, gloriosi principes, mense iulius, tertia indictione. Memoratorium factum a me nicola filio (*deest nomen*) eo quod ante presentia domni iohanni venerabilis presuli sancte sedis pestane, et ante eum astaret idoneis ominibus

subscribti testes, per vona combenientia et per iussione ipsius domni presuli divisimus cum romoaldo iudex et atvocatorem ipsius domni presuli una pecia de terra cum binea in locum ortaianu finibus lucaniae, quod ante os annos in partionis ordine tultum at pastenandum abuit, set nunc modo, deo iuvante, in eadem terra binea perfecta fecimus et in duas partes illam divisimus: una sortione exinde fecimus in pars orientis, et alia fecimus in pars occidentis; unde prius compreensit ipse atvocator per largietate domni iohanni parte illa qui est in pars occidentis, et michi tradidit in sorte parte illa, qui est in pars orientis per ec finis et mensuras: a pars meridie fine via pluvica, sunt exinde passi viginti: a pars occidentis inter ec vinea et vinea, quod in sortione compreensit pars episcopio, passi quinquaginta: a pars septemtrionis a subtus partibus, ubi ipso salicario est, quod communiter cum pars episcopio illut per medietate reservavimus, passi decem: a pars orientis saliente et iunget in priore finem passi quinquaginta sex, totum mensuratum at iusto passum et ex omni parte terminatum est. Hec vero predicta pecia de terra cum binea per superscribte fines et mensuriis totum et inclitum in sortione ipse atvocatorem illut michi tradidit, cum introitu et exitu, et vice de via sua, et cum omnia infra se aventibus omnibusque inde pertinentes, et defenset illut michi meique eredibus pars eidem episcopii ap omnibus ominibus omnique partibus. Tantum, si illut daturum vel vinditurum abuerimus, non aveamus licentia per quabis modis alicui illos alienare, nisi prius scire faciamus pars episcopii pro illos emendum per tertium constitutum, quod sunt dies triginta sex; si autem boluerit pars ipsius episcopii emere, deant exinde nobis iusto valiente pretium, sicut iuste fuerit apretiatum; si autem voluerit pars ipsius episcopii illut emere infra ipsa constituta, licentiam aveamus illut dare cui boluerimus, apsque omnes contrarietate pars ipsius episcopii; nam, si antea ipsa constituta alicui illos dederimus et pars ipsius episcopii scire non fecerimus, sicut dictum est, tunc tota ipsa rebus redeat in pars ipsius episcopii; et si pro quacumque necessitate de ac terra exierimus, unde ipsa rebus nostra in pluvico cecidere debuerit, tunc tota ipsa rebus redeat in pars episcopii, et quando in ac terra reversi fuerimus et de ipsa culpa erepti sumus, tuc tota ipsa rebus redeat at nos vel de nostris eredibus potestate in supradicto ordine. Si autem taliter omnia, ut dictum est, ipse domnus episcopus et suos successores et pars sui episcopii michi meique eredibus non atinpleverit, et retornare seu removere quesierit illos, et quodcumque causationis atversus nos exinde preposuerit, Ideo et per vona combenientia obligavit se ipse domnus episcopus et suos successores et pars sui episcopii conponere michi vel at meos eredes biginti aurei solidi constantini; unde pro omni, sicut dictum est, atinplendum guadia michi ipse domnus episcopus dare feci et mediatore michi posui alfaranu filio quondam maraldi; verumtamen amodo et semper ipse

salices, quod superius diximus, omni tempore per medietate cum pars episcopii dividamus: pars episcopii medietatem, et ego vel meos eredes medietatem, quod taliter scribsi ego romoaldo clericus et notarius qui interfui.

† Ego qui supra Iohannes Episcopus

† Ego radoaldo presbiter et abbas

† Ego adelferi diaconus.

DCCXXIII.

A. D. 1020.

† In nomine domini tricesimo secundo anno principatus domni nostri guaimari, et secundo anno principatus domni guaimari eius filio, gloriosi principibus, mense iulius, tertia indictione. Memoratorium factu a me iaquintus diaconus filius gaudiosi, eo quod ante presentia maioni presbiteri et abbati ecclesia sancti maximi, et ibique astabant petrus comes, qui est unum de dominii et adbocator ipsius ecclesie, et alii subscripti testes, per convenientia ad tenendum et lavorandum per iussionem ipsius..... tradidit ego una cum ipso petrus comesque adbocatorem ipsius ecclesie iohanni filio nastasie una pecia de terra cum arbustis, quod pars ipsius ecclesie abet in locum nucerie ad barbacianu a subtus ecclesia sancti polisti, quod ego qui supra iaquintus diaconus in beneficium retineo a pars ipsius ecclesie per as finis et mensuras: a pars sebtemtrionis fine bia publica, inde passi quadtuordecim: a pars occidentis fine ipsius ecclesie, inde passi quadraginta quinque: a meridie sunt passi undecim et cubito unum et palmo unum: a pars orientis usque ipsa via priore fines, inde abet passi quadraginta octo, et in medium per trabersum abet passi sidecim et cubito unum, totum ad iusto passum omini mensuratum; ec vero predicta pecia da terra cum arbustis per iamdicta mensuria tota et inclita cum omnia intro se abentibus et cum vice de ipsa via ipsius iohanni ad laborandum tradidimus, tali ordine, ut amodo et semper, natos nascente, ad sua et de suis eredibus sit potestate eos tenendum et dominandum, et ibidem residere et abitare, et fobee et omnis sue utilitatis iusta rationem ibidem faciant, et totum eos per circoitum illut cludant et semper clusum abeant, sicut meruerit; et amodo et usque quadtuor anni completi, ubi meruerit infra...... arbores et vites ibi pastenarent, et totum eos abeant laboratum et cultatum de super et de

subter ad ipso constitutum et surtum, sicut locus ipse meruerit, ut proficiant et non dispereant, ut vonum pareant surtum et operatum, et amodo et in antea omni tempore si voluerint illut tenere et lavorare, totum sue sint potestatis eos tenendum et dominandum, et ibidem residere et abitare, et fobee et omnis sue utilitatis ibi faciant iusta rationem, et semper illut clusum abeant, et ipso arbustum annualiter laborarent, sicut meruerit, ut proficiant et non dispereant; et cum vindemie tempus fuerit, annualiter faciant me vel pars ipsius ecclesie scire, ut dirigamus ibidem missum nostrum, et ille et suis eredibus annualiter ipso arbustum salbum faciant, et temporibus suis vindemiarent, sicut meruerit, et totum ipso vinum ibique ad palmentum per medietatem dividere: ipso missum tollat ipso vinum medietatem, et ille et suos eredes tollat reliqua medietate, et ipsa medietate ipsius ecclesie illis adducere per ipso locum nucerie ad cellario ipsius ecclesie, quod abuit a li pariti et reponant illut in organeum ipsius ecclesie, quod ei adsignaberit, et ipso organeum per illis flat vonum conciatum; et, dum ibidem steterit ipso missum pro ipsa vindemia et ad recipiendum terraticum, illis eum notrire secundum sua possivilitatem, et deant palmentatica, sicut meruerit; et que amodo et semper ibidem seminaberint, deant inde mihi vel ad pars ipsius ecclesie annualiter terraticum secundum consuetudinem de ipso locum; poma vero, si ibidem abuerint, per tempore, quando meruerit, medietatem illut nobis dare, et reliqua medietate illis sivi abere; et quale tempore ille et suos eredes ipsa rebus tenere et laborare non boluerit, inclita ipsa rebus laborata et cultata et clusa remittate ipsius ecclesie, et licead ille et suos eredes inde exire cum redita et cum omnis sua causa movilia, et ire cum illut, ubi voluerint, sine contrarietate de pars ipsius ecclesie. Unde pro taliter guadia nobis ipse iohannes dedit, et mediatorem nobis posuit iohannes filius ciceri de locum angre; et per eadem guadia *etc. Statuta mulcta viginti solidorum auri Constantini.* Et unc brebem scripsi ego romoaldus notarius qui interfui.

† ego mirimo

† ego amatus

† ego machenolfus.

DCCXXIV.

A. D. 1020.

† In nomine domini tricesimo secundo anno principatus domni nostri guaimari, et secundo anno principatus domni guaimari eius filii, gloriosi principibus, mense september, quarta indictione. Memoratorium factum a me lictum filio licti, eo quod ante presentia mirandi iudici coniunctus sum ad vona convenientia cum sesamus germanus meus ad faciendum inter nos fine de causationibus, quod inter nos abemus, de rebus nostra, quod per partes possidemus per firmi brebi divisionis, et de rebus que conmuniter possidemus per socza extra brebem divisionis que est rebus ipsa in locum nucerie propinquo sedilie, ubi residenti sumus, qui de due capita coniuncta est ipsa rebus ad vie pubplica, et de alia parte coniuncta est ad rebus de archiepiscopio salernitano et ad rebus quod retinent eredes ilderici subdiaconi et notarii: de ista rebus et de alia rebus a subtus ipsa via, ubi sunt fusaria, et de alia rebus da campu, quod paratum abemus da petrus filio ermeperti, et de tota alia rebus, quod per partes parata abemus da parentibus nostris qui resident in locum muntorum in vanzanu dicitur, de ista supradicta rebus per nominativis locis et per aliis locis, quod per brebem divisionis ipsa rebus non possidemus, set per socie hequaliter per partes illut possidemus et retinemus. Set volevat ipse sesamus ipse socie disrumpere quod per partes possidemus, et ipse socie per extimatione volevat equaliter dividere et sortis inter se comprendere: ego medietatem, et ille medietatem; et, sicut mihi qui supra licti et ipsius sesami germanus meus comvenit, et complacuit, et stetid inter nos, ut ommes socie de ipsa rebus, quod modo per partes dominamus et retinemus, sive per ipse socie, sive per ipsa divisione, illut retineamus et possideamus: ego mea ipsa sortione, et ipse sesamus ipsa sua sortione, faciendum inde per partes unusquisque de sue sortis omnia quod voluerimus, sine una pars vel alia contrarietate vel requisitione: sceptuabimus exinde inter nos rebus quod paratam abemus per partes per cartulam parationis, ut ipse sesamus et eius eredes abeant et possideant ipsa sua paratione et illut quod retinent ad lavorandum; et ego qui supra lictum et meos eredes abeamus et possideamus ipsam nostram parationem et lavorationem secundum testum de ipsa nostra monimina, sine una pars vel alia contrarietate vel requisitione; et, sicut inter nos convenit et complacuit, guadia mihi ipse sesamus dedit, et mediatorem mihi posuit. . . . . . filium quondam iohanni sparani; et per eadem guadia obligavit se et suos eredes, ut si aliquit de hec convenientia

etc. Statuta est mulcta, quae minime intelligi potest. Et hunc brebem scripsi ego petrus notarius.

DCCXXV.

A. D. 1020.

† In nomine domini tricesimo secundo anno principatus domni nostri Guaimarii, et tertio anno principatus domni guaimarii eius filio, gloriosi principibus, mense octuber, quarta indictione. In sacratissimo salernitano palatio ante me romoaldus iudex Coniunctus est maio presbiter et abbas ecclesie sancti maximi cum iohannes filius quondam raimi, propter quod iam preteritis cum eum causatum est, ut malo hordinem introisset in rebus pertinentem predicte ecclesie de locum et ulter flubio forino, ubi mairanu dicitur, et fobee ibi fecisset, et viti et arbori et sepi inde abscidisset, et frudium inde tulisset, et rebus ipsa ad pars predicte aecclesie contrasset, et ipse iohannes dederad [1], ut in predictum locum plures rebus aberet, set nesciret de quale cum eum causaret roderisius, qui tunc erad advocator ipsius ecclesie. Ex quo supradictus domnus princeps inter illis positum fuit iudicium, et guadiare illos fecit, ut ipse iohannes cum pars predicte ecclesie pariter cum iudicem et notarium pergerent ibidem, et pars predicte ecclesie monstraret, de quem ipse advocator predicte ecclesie cum ipsum iohannes causaret, et pars predicte ecclesie plicaret se cum sua rationem, et ipse iohannes cum sua rationem, et iusta legem inter se inde finem facerent. Modo autem, antequam super rebus pergerent ipsa et per legem de ipse causationibus invicem se finirent, Conbenientibus inter illis ante me, ut diximus, sunt coniuncti. Qui statim per ipsum abbatem ostensum est unum scriptum continentem: In nomine domini anno tricesimo secundo principatus domni nostri guaimarii, et secundo anno principatus domni guaimarii eius filii, gloriosi principes, mense magius, tertia indictione. Ante me romoaldus iudex Coniunctus est maio presbiter et abbas ecclesie sancti maximi, una cum eum adesset roderisius advocatorem eius, cum riso filio quondam aghini, ad faciendum cum eum finem de rebus de loco forino ultra flubio forino, ubi et mairanu dicitur; unde ante os tempus ante me coniuncti fuerunt et sua monimina partes par-

[1]) *dederad:* dicebat.

tium ostenderunt, inter quos ipse abbas ostedit una scriptio, qualiter pro pars ipsius ecclesie sancti maximi martinus presbiter et abbas conbenientia fecit cum iohannes diaconus episcopii salernitani ante domnus iohannes presul ipsius aecclesie sedis, et ipse domnus pontifex una cum ipsum iohannes tradiderunt ad potestatem ipsius martini abbatis pro pars ipsius ecclesie sancti maximi de ipsa rebus ulter ipso forino per finis et mensurie : de suptus fine aqua de ipso forino: A parte meridie fine suprascripte ecclesie sancti maximi, sicut ballone discernit, et rectum descendente in ipso forino, unde aqua lebata est pro arcaturia de molinum ipsius sancti maximi: A pars septemtrionalis fine ripa qui discernit a fine ipsius sancti maximi, que modo ipse abbas dedit in ipso episcopio, et fine ipsius episcopii, sicut cristone de monte discernit per mensuria per ipsa aqua de ipso forino mensuratum passi centum quinquaginta quadtuor, et per via puplica, qui infra ipse finis pergit da ipso ballonem in pars septemtrionis, passi centum biginti quattuor : de super fine ipsa serra; per supradicte finis et mensurie totum et inclitum illut ad pars ipsius ecclesie sancti maximi tradiderunt, sicut ipsa scriptio continet scripta per arechisi notarius; et cum fuit monimina ipsa relecta, accidit iudicium, ut pariter ipse abbas vel pars predicte ecclesie sancti maximi cum ipsum risus super rebus ipsa pergeret cum iudicem et notarium, et pars predicte ecclesie ostenderet ibidem ipsa scriptio que abet a pars predicti episcopii salernitani, que per ipsum arechisi notarium scripta est, et monstraret rebus ipsa que per ipsa scriptio pars predicti episcopii ad pars predicte ecclesie sancti maximi confirmabit, per ipse finis et mensurie illam monstraret que ipsa scriptio continet, et ipse risus pararet sancta dei evangelia, et pars predicte ecclesie sancti maximi faceret ei iurare quinque serbos ipsius ecclesie, quia sic ex antiquitus consuetudo abuit facere iurare, ut rebus ipsa que monstraberit per ipse finis et mensurie, que ipsa sua scriptio continet, pars predicte ecclesie sancti maximi per expleti triginta annos illut tenuisset et dominasset, et legibus ipsius ecclesie esset pertinentes, et scriptio ipsa inde esset continentes; et, ubi taliter inde iuraberit, securiter ipse abbas et pars predicte ecclesie sancti maximi rebus ipsa per ipse finis et mensurie, que predicta scriptio continet, abeat atque possidead sine contrarietatem ipsius risi et de eius eredes. Postmodum vero una mecum perrexerunt, sicut guadiati fuerunt, et ipsum abbatem per ipsum eius advocatorem ostensa fuit supradicta scriptio ab ipso episcopio scripta per arechisi notarius, et rebus ipsa monstraberunt et mensuraberunt per illas fines et mensuras, que ipsa scriptio continet, videlicet: de suptus fine aqua de ipso forino; et a parte meridie fine ipsius ecclesie sancti maximi, sicut ipso ballone discernit, et rectum descendente in ipso forino, unde aqua lebata fuit pro arcatura de molinum ipsius sancti maximi: a pars septemtrionis fine ipsa ripa

qui discernit ab ipsa fine ipsius sancti maximi, que in ipso episcopio dedit et fine ipsius episcopii, sicut ipso cristone de ipso monte discernit, per mensuria per ipsa aqua de ipso forino passos centum quinquaginta quadtuor; et per ipsa bia publica, que infra ipse finis pergit da ipso ballone in pars septemtrionis, passi centum biginti quadtuor: de super fine ipsa serra; modo quidem, ut diximus, propterea sunt coniuncti finem inde faciendum, ut per ipsum risus parata est sancta dei evangelia, et ipse abbas cum ipso eius advocatorem plicaberunt ibidem quinque servos ipsius ecclesie, i sunt, atenolfus qui atulo vocatur, et mari filius iohanni, et leo mulinator, et iohannes franco, et iohannes filius andree; et prius ipse atenolfus manus suas super ipsa evangelia posuit, et iurabit et dixit per ipsa evangelia, quia rebus ipsa, que ipse abbas monstrabit per ipse finis et mensurie, que predicta scriptio continet, pars predicte ecclesie sancti maximi per expleti triginta annos illut tenuisset et dominasset, et legibus ipsius ecclesie esset pertinentes, et scriptio ipsa inde esset continentes. Deinde post eum iurabit ipse mari et dixit, sic esset veritas, sicut ipse atenolfus iurabit; ad ipsi alii noluit ipso riso sacramentum tollere, set per subsceptum launegilt ipsa eidem abbati donabit per bona conbenientiam, et taliter pro parte ipsius ecclesie sancti maximi scribere fecimus te romoaldus notarius. Ego qui supra romoaldus iudex. Et cum supradictum scriptum fuit lectum, et agnoscentem ipse iohannes filius raimi, ut rebus ipsa per supradicte finis et mensuriis, que ipsa scriptio conbenientie a pars ipsius episcopii declarat pertinentem ipsius ecclesie sancti maximi, in veritatem etiam et per ipsum sacramentum illut sivi integrum firmatum aberet, ut dictum est, pars ipsius ecclesie ab ipsum risus filius aghini consortem suum; ideo voluntarie sue per combenientiam ipse iohannes filius raimi manifextabit dicendum, ut tota rebus ipsa per supradicte finis et mensuriis, unde sacramentum est, qualiter supradictum scriptum continet, ipsius ecclesie sancti maximi esset pertinentes: similiter ipse iohannes manifestabit se de omnis rebus pertinentem ipsius ecclesie in eodem loco, videlicet da fine de credes guaiferi et guidoni comitis usque ad finem ipsius episcopii, et ab ipso flubio forino usque in serra. Et neque per testes, neque per monimen, nec per nulla quoque inventa rationem, nec ipse iohannes, nec suos eredes, cum pars ipsius ecclesie sancti maximi exinde causare, aut contendere non poterent, et pro perpetua securitate ipsius ecclesie sancti maximi hoc scribere fecimus te myrandus notarius qui interfuisti.

† Ego qui supra romoaldus iudex.

DCCXXVI.

A. D. 1020.

† In nomine domini tricesimo secundo anno principatus domni nostri Guaimarii, Et tertio anno principatus domni guaimarii eius filii, gloriosi principibus, mense octuber, quarta indictione. Memoratorium factu a me maio presbiter et abbas ecclesia sancti maximi, Eo quod ante subscripti ydoneis hominibus per bona conbenientiam tradidi cuidam iohanni calabritano, qui modo residet in locum mayranum, ubi et arcella dicitur, de rebus pertinentem ipsius ecclesie sancti maximi, quod abet ipsa ecclesia in ipsis locis mairanum et arcella per hec finis : de una parte fine media aqua de ipsa arcella: de pede fine medio flubio forino : de alio latere fine de heredes quondam guaimari comiti : de super parte fine media serra; per iste finis ipsius ecclesie est pertinentem, et tradidi inde ipsius iohanni de ipso silbosum et mortitum, quantum potuerit roncare et seminare ille et suos eredes, vel homines quod ibi miserit, amodo et usque duos annos conpletos ; tali hordinem, ut amodo et usque conpletum ipso constitutum ille et suos eredes, vel homines quos ibi miserit, de ipso silbosum et mortitum [1]) roncare et seminare quantum potuerint; et per tempore de ipsi lavori recolligendum et tritulandum, faciant scire me vel pars ipsius ecclesie, ut ibi dirigamus missum nostrum, et illis lavori ipsi recolligere exinde, et ibi area facerent, et lavori ipsi ibi tritularent et procurarent, et terraticum inde daret ibique ad missum ipsius aecclesie secundum consuetudo ipsius locis, et ipso aliut sivi aberent; et, dum conpletum fuerit ipso constitutum, tota ipsa rebus per iamdicte fines rebertad ad potestatem de partibus ipsius ecclesie, et ipsum iohannes et suos eredes, vel homines quos ibi miserint, licead inde exire cum omnia suas causas. Unde in eo hordine per bona conbenientiam guadia mihi ipse iohannes dedit et mediatorem mihi posuit se ipsum, ut, si taliter omnia suprascripta non adimpleberint et aliquit inde contradixerint, per ipsa guadia componere se obligavit ipse iohannes grecus et suos eredes mihi, vel in partibus ipsius ecclesie, decem auri solidos constantinos. Verumtamen hoc memoramus, quia et da medio ipso flubio forino in illa pars totum pertinentem est ipsius ecclesie secundum testum de monimina, quod inde abet pars ipsius ecclesie. Quod scripsi ego myrandus notarius qui interfui.

† Ego grimoalt

† Ego iaquintus notarius me subscripsi

† Ego iaquintus.

---

[1]) *mortitum,* idem ac myrtetum.

DCCXXVII.

A. D. 1021.

† In nomine domini tricesimo secundo anno principatus domni nostri Guaimarii, Et tertio anno principatus domni guaimarii eius filio, gloriosi principibus, mense ianuarius, quarta indictione. Ante me romoaldus castaldus maio abbas aecclesie sancti maximi causabit cum alfanus filius bisantii, et cum grimoaldus filius mirandi presbiteri, et cum lando et citro germani fili radicisi, et cum cicero filio ciceri, et cum rocti filio quondam ursi abitatori de locum aunitum meumque castaldato, ut malo hordine introisset in rebus ipsius ecclesie sancti maximi, quod abet in locum mairanum illa parte flubio forino; unde per sacramentum diffinitionem factam abere dixit ipse abbas cum riso filio quondam aghini consortem illorum, et fobee ibi fecisset, et frudium inde tulisset, et illut ad pars ipsius ecclesie contrasset. I omnibus suprascripti dixerunt, ut nescirent inde respondere sine advocatorem. Ex quo inter eis iudicabi et utrisque illis guadiare feci, ut per partes plicarent se cum suis advocatoribus, et i omnibus suprascripti cum suo advocatorem responderet ipsius abbati, vel ad pars ipsius ecclesie, unde superius cum illis causabit, et iusta legem inter se inde finem facerent; unde i omnibus suprascripti posuerunt mediatores ipsi lando et citro germani filii radicisi, et predictus cicero filius ciceri de gaianu, et iamdictus grimoaldi filius mirandi presbiteri, et pro parte ipsius ecclesie scribere fecimus te myrandus notarius: berumtamen hoc memoramus, quia ipse abbas posuit mediatorem ad y omnibus suprascripti petrus filius quondam iohanni, qui est nepotem ipse petrus ipsius abbati, quod subiungere fecimus te predictus myrandus notarius.

† Ego qui supra romoaldus castaldus.

DCCXXVIII.

A. D. 1021.

† In nomine domini tricesimo secundo anno principatus domni nostri Guaimarii, et tertio anno principatus domni guaimarii eius filii, gloriosi principibus, mense ianuarius, quarta indictione. In sacratissimo salernitano palatio ante me romoaldus iudex coniunctum

est amatus filius quondam petri cum iohannes filius quondam iohanni iudici, et per ipsum amatus ostensum est unum brebem divisionis continentem : In nomine domini quadragesimo tertio anno principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis, et primo anno principatus domne gemme uxori eius et domni paldolfi optato filio eorum, mense agustus, tertia indictione. Memoratorium factu a me Amatus filius petri, eo quod ante subscripti testes coniuntus sum cum mari thio meus filio godeni, ad dividendum inter nos terra et casa, que conmuniter abemus intus anc salernitanam civitatem, et terra et vinea que conmuniter abemus in locum felline : primitus quidem dividimus ipsa terra et casa de intus hanc civitatem : una sorte fecimus exinde esse in pars orientis, et alia in pars occidentis ; unde prius ipse mari exinde conprehensit ipsa sortione que est a pars orientis, per hec mensuria : de supter parte erga ipsa bia sunt exinde pedes biginti tres : de super parte sunt pedes biginti sex et summisse unum ; ipsa sortione quod nos exinde conprehensimus, qui est a pars occidentis, est per hec mensuria : erga ipsa bia sunt pedes biginti sex et summisse unum, et de super parte sunt pedes biginti quinque; ipsa sortione nos conprehensimus in tali ordine, ut amodo et semper licead me et meis eredibus per ipso andito, qui est de super parte erga ipsa casa quod ipse mari conprehensit da ipsa sortione, quod nos exinde conprehensimus et usque ipsa platea qui est a pars orientis, inde ingredere et regredere cum omnis nostra congruitate, absque omni contrarietate ipsius mari et de eius eredes. . . . . et dividimus ipsa terra et vinea de ipso locum felline, qui est in ipso monte da ipsa bia qui est de supter parte et usque terra et vinea qui est de super parte, quod retinet filii iohanni madi, quod pastenaberunt in partione ipsius godeni abio nostro, per medium illut inter nos dividimus et termites fiximus : una sorte fecimus exinde esse in pars orientis, et alia in pars occidentis; unde ego prius exinde conprehensit ipsa sortione qui est in pars occidentis, et ipse mari exinde conprehensit ipsa sortione qui est in pars orientis dirictum, sicut ipsi termiti discernunt quod inter nos fiximus. Simulque et dividimus ipsa terra cum pastino quod conmuniter abemus in ipso locum in plano, per medium inter nos eos dividimus : una sorte fecimus exinde esse in pars meridie, et alia in pars septemtrionalis, et sicut termines discernit quod ibi fiximus; unde ipse mari exinde conprehensit ipsa sortione qui est a pars septemtrionalis, et ego exinde conprehensit ipsa sortione qui est in pars meridie; hec divisione inter nos fecimus, et per partes sortes tradidimus per absolutionem ipsius godeni abio et genitor noster, et ipsum astante, ad securiter inter nos abendum predicta divisione nos et nostris heredibus, et faciendum exinde per partes omnia quod voluerimus ; et obligavit se ipse mari et suis heredibus, ut si aliquando tempore hec supradicta divisione quesierit remobere aut contrare, aut si quodcumque cau-

satione nobis exinde emiserit, componere obligavit se et suis heredibus, mihi et ad meis heredibus, centum auri solidos constantinos, et hec sortis ipse inter nos omni tempore firme et stabilis permanead per illa ratione, sicut superius legitur. Verumtamen hec supradicta divisione inter nos fecimus, sicut supradictum est, et licead me et meis heredibus inde ingredere et regredere cum omni nostra congruitate per ipso andito, qui est de super parte da ipsa sortione mea et usque ipsa platea qui est a pars orientis, et ipso andito est latitudo pedes sex et plancta manum homini una; et si ipse mari vel eius heredes super ipso andito casa, aut qualibet edificium fecerit, non faciad aliquando aliquit soctimen super ipso andito per supradicta obligata pena, et ipsa sortione quod ipse mari conprehensit de ipsa vinea de ipsum monte de felline, est superfluum super ipsa sortione nostra unum passum da ipso sorbum, qui est infra ipsa vinea et usque in capite de ipsa vinea usque in binea de ipsi filii iohanni madi. Et unc brebem scripsi ego madelmus notarius qui interfui. ego adelgari. ego sikelmo. ego azzo. ego maio. Et cum ipso brebem fuit lectum, causabit ipse amatus cum ipsum iohannes, ut ille et uxor sua, qui est eredem predicti mari, remossisset et contrasset illut que iamdicta divisione continet: ipse iohannes dixit, nescire inde ei respondere sine advocatorem; unde inter eis iudicabi et utrisque illis guadiare feci, ut per partes plicarent se et ipse iohannes cum suo advocatorem eidem amati respondere de hoc, unde supra cum eum causabit, et iusta legem inter se inde finem facerent; unde ipse iohannes posuit ei mediatorem grimoaldus filius siloriti, et ipse amatus posuit ei mediatorem radoaldus filius mari, et pro parte ipsius amati scribere fecimus te myrandus notarius.

† Ego qui supra romoaldus iudex.

DCCXXIX.

A. D. 1021.

† In nomine domini tricesimo secundo anno principatus domni Guaimarii, et tertio anno principatus domni guaimarii eius filio, gloriosi principibus, mense februarius, quarta indictione. Memoratorium factu a me maio presbiter et abbas ecclesie sancti maximi, Eo quod ante subscripti idoneis hominibus, una mecum esset myrandus notarius advocatorem nostrum, tradidimus iaquinti et petri et iohanni germani filii quondam sellicti capuano, qui sunt abitantes in locum nuceria salernitane finibus, rebus pertinentem ipsius ecclesie,

que esse videtur in iamdicto locum nuceria, ubi proprio agella etiam et puteoregente dicitur, que est terra cum arbustum vetere, et pastinu de arbustu, et avellanietum, totum uno tenientem per as fines et mensuras: A pars septemtrionis fine bia publica, unde aqua decurrit qui descendit da la forma, sunt inde passi nonaginta nobem: A pars orientis fine bia et fine de heredes cotunii, sicut media sepe discernit, abet inde passi centum decem et nobem: de super a parte meridie fine, sicut medio poiu discernit, sunt inde passi sexaginta unum et medium; et abinde rebolbente in pars ipsa meridie per medio poiu sunt inde passi septuaginta: iterum de super a meridie fine, unde antiquitus bia fuit, inde passi quinquaginta sex: A pars occidentis passi nonaginta octo, et abinde revolbente in pars occidentis passos quadtuordecim, et abinde rebolbente in pars septemtrionis passi triginta sex, et modicum abinde rebolbente in pars orientis passi quinque et medium, et abinde revolbente in pars septemtrionis et coniungente se ad ipsa bia, unde ipsa aqua decurrit que est priore fine, abet inde passi septuaginta octo, totum mensuratum ad iusto passum hominis. de curte ista per iamdictas fines et mensuras palamfacimus, quia a iam preteritos annos ipse genitor illorum una cum maio cognato suo filio madelmi conprehensum inde abuerunt ad lavorandum et pastenandum, sicut brebi continunt, que per partes inde abemus qui refert ipso brebem, ut de ipso arbusto vetere, qui ibi a primis fuit, dandum in pars ipsius ecclesie ipse sellictus et maio, et illorum eredes, de vinum quod inde exierit, medietatem, et de arbustum quod illis facturi erant in ipso bacibum, indeque dandum in pars ipsius ecclesie de vinum quod inde exierit, tertiam partem, et illis sivi inde aberent due sortis; et, dum ipse maio sine filium vel filiam defunctus est, sortionem de ipsa rebus quod tenere debuit, pervenit ad potestatem ipsius ecclesie: etiam et per alii brebi datum inde fuit illorum ad pastenandum arbustum et avellanietum et insirtetum per partibus ipsius ecclesie, sicut ipsi brebi continunt, que per partes inde abemus; set conbenit utrumque partium, ut tota supradicta curte per iamdictas fines et mensuras per tenorem de isto brebem eorum tradere ad laborandum; quod et fecimus tali namque ordine, ut amodo et semper ad illorum et de illorum eredibus sit potestatem, illut tenendum et dominandum, natos nascentes, et fobee et omnis sue hutilitatis ibidem faciendum iusta rationem, et totis arbustis de ipsa traditionem annualiter apto tempore lavorarent, et ubi meruerit, arbores et vites planctarent et propagines traierent, et sic totum ipso arbustum annualiter lavorare et studiarent, ut semper in melius proficiad et non disperead, et bonum paread lavoratum et cultatum, et ipso abellanientum, que est in ipsa traditionem, similiter annualiter studiarent et cultarent, ut semper in melius proficiad et non disperead, et bonum paread studiatum et cultatum, et tale abead factum arbustum

et abellanietum in ipsa pecia indeque, quod operaturi sunt per ipso posteriore brebem qui scriptus est per ipsum mirandus notarius in constituta de ipso brebem, quemammodum ipso brebem continet, ut remaneant illis inde sine calumnie, et circoitum ipsa curte cluderent, et semper illut clusum haberent, et curam et vigilationem inde aberent, et salbum illut facerent, et unum de ipsi germani et eius eredes semper ibi residere et avitare, et annualiter per tempore de vindemie et de abellane colligendum, scire faciant me meique successoribus, vel pars ipsius ecclesie, ut ibidem dirigamus missum nostrum, et illis totis arbustis de ipsa traditionem suis temporibus vindemiarent, et vinum ipsum ibidem ad palmentum procurarent, et omnis poma et fruges et abellane exinde suis temporibus colligerent, et ipse abellane seccarent, et omnis vinum et poma, vel qualibet fruges indeque, scepto ipse abellane, medietatem illut daret ad missum de partibus ipsius ecclesie, et medietatem eos sivi haberent, scepto de sortione de ipso arbustum, quod pastenabit infra ipsa traditione ipse genitor illorum, daret inde in pars ipsius ecclesie de vinum et poma quam inde exierit, tertiam pars, et due sortis inde sivi haberent; de quod autem per annum ibi seminaberint, totum illut sivi haberent, tantum terraticum inde darent ibique in ipsa rebus ad aream que ibi fecerint, ad missum de partibus ipsius ecclesie secundum consuetudo de ipso locum; et, dum pro ipsa frudia tollendum ibi steterit missus noster, illis eum et equum suum nutriant et dispenset, sicut iustum fuerit, et palmentatica et airatica ad ipsum nostrum missum darent secundum consuetudo ipsius locis, et ipsa sortione indeque de ipso vinum que in partibus ipsius ecclesie venerit, si dederimus illorum horganea de vinum ibique, tunc illis per annum organea ipsa conciaret et studiare bona, et ipsa sortione nostra de ipso vinum ibidem reponant illis, ubi unus ex illis abitaberint, in organea ipsa que pars ipsius ecclesie illorum ibique dederint, et faciant nobis ipso vinum salbum, donec illut inde tulerimus, absque degenerationem et ignem; et si non voluerit pars ipsius ecclesie sortione sua dė ipso vinum ibi poneret, tunc illis et illorum eredes per omnis annum illut portaret ad cellarium ipsius ecclesie de eodem loco, ubi ad pariti dicitur, et mittant illut in organeis indeque, ubi illis per annum hadiubare steterunt ad conciandum et studiandum; et quale tempore illut in iamdictam rationem tenere et lavorare noluerint, aut non potuerint, tunc inclita ipsa curte per iamdictas fines et mensuras cultata et hoperata et studiata, sicut locus ipse meruerit, bonum arbustum et abellanietum, seu pomis, remittant in pars ipsius ecclesie cum una casa et cum palmentum, que ibi fuerint, et licead illis et suis eredibus inde exire cum alie casis sue et cum omnia illorum causa mobilia, et pergant, ubi voluerint, et licead pars ipsius ecclesie modo, vel quando voluerit, inde excutere casa que fuit ipsius maioni, qui sine eredes defunctus

est, et facere inde quod voluerit. Et stetit, ut si pars ipsius ecclesie quocumque tempore voluerit facere molinam in ipsa iamdicta curte, potestatem abeant pars ipsius ecclesie arcaturia inde fodere, et sedimen et redita et omnia hordine de ipsa molina ibi ponere, et facere, et abere, sine illorum contrarietatem; et si voluerint illis in ipsa curte facere fosarum da linum curandum, potestatem abeant, et iusto fosaraticum inde daret in pars ipsius ecclesie secundum consuetudo ipsius locis. Unde in eo hordine per conbenientiam guadia nobis ipsi germani dederunt, et mediatorem nobis posuerunt iohannes notarius filius benedicti de locum malluni, ut si taliter omnia suprascripta illis et illorum eredes nobis, vel in pars ipsius ecclesie non adimpleberint, et aliquit inde contradixerint, per ipsa guadia componere obligaberunt se ipsi germani et suis eredibus nobis, vel in pars ipsius ecclesie, biginti auri solidi costantini. Verumtamen de ipse abellane, que de ipso abellanietum collexerint, tertiam partem per annum inde deant secke in pars ipsius ecclesie, et due sortis inde sivi haberent, et airatica eorum non queramus aliquando, set securi de ipso airatico siant. Quod scripsi ego supradictus myrandus notarius.

† Ego radoaldus notarius me subscripsi

† ego petrus me subscripsi.

DCCXXX.

A. D. 1021.

† In nomine domini tricesimo secundo anno principatus domni nostri guaimari, et tertio anno domni guaimari eius filio, gloriosi principibus, mense februarius, quarta indictione. Memoratorium factu a me maio presbiter et abbas ecclesie sancti maximi, una mecum esset petrus comes filius quondam alfani, qui est unum de dominium ipsius ecclesie, eo quod ante subscripti testes tradidimus balsami de rota filio petri de rebus pertinentem ipsius ecclesie in locum rota, ubi pulbicianu bocatur, i sunt pecie due coniunte ex omni parte ad fine ipsius ecclesie; una ex ipse cum abellanietum per mensuria: a pars occidentis passi sexaginta: a pars septemtrionis passi septuaginta quinque: a pars orientis passi quadraginta: a pars meridie, sicut bia discernit, passi nonaginta duo; alia pecia, qui est castanietum, et rubulietum, et insitetum, et bacuum, totum in unum per ec mensuras: a pars occidentis passi quadraginta quatuor: a pars meridię quasi in oblico men-

suratum, passi centum biginti: a pars orientis passi septuaginta sex, et rebolbente in pars occidentis passi octo, et sic rectum exientem in ipsa bia passi biginti quatuor, et per ipsa bia passi centum ad iusto passum omini mensuratum; per ista mensuria, et quantum ibi coniuntum abet rebus pars ipsius ecclesie, illut ei tradidimus amodo et usque quatuordecim anni completim ille, suoque eredes teneret illut sueque potestatis, et dominare, et illut laborare et operaret, sicut decet perfectum abellanietum, et, ubi meruerit et boluerit, ibi seminare, et ipso castanietum pro seminandum campare iusta ratione sine damnietate de ipso castanietum, et per tempore, quando meruerit, clusum ipsum abellanietum abere, et totum eos bigilare per tempore, et suo tempore abellanietum ipsum colligere et seccare, seu ipse castanee suo tempore et rubiole et insite exinde colligere et seccare, et ibique in rota ad casa sua dare ipse abellane per omnis annum ad pars ipsius ecclesie due sortis, suo tempore ipse insites et rubiole medietatem, ipse castanee tertiam partem dare ad pars ipsius ecclesie, de bictum, quantum ibidem feceri, dare inde terraticum ad pars ipsius ecclesie iusta consuetudo de ipso locum, ipso aliut sibi tollad; et, quando pars ipsius ecclesie illut ierit pro tollendum ipso frudium, illis eum nutrire cum animalis suique ecclesie secundum suam possibilitatem, et ipso bacum amodo illut pastenare castanietum; unde sua boluntate guadia mihi iamdictus abbas dedit ipse balsamus, et mediatorem mihi posuit seipsum et petrus germano suo; et per ipsa guadia obligavit se suoque eredes, ut si aliquit de omnia suprascripta contradisserint et talia ad pars ipsius ecclesie non adimpleberint, tuc per bona combenientia per ipsa guadia obligavit se et suos eredes componere ad pars ipsius ecclesie triginta auri solidos constantinos. Verumtamen memoramus ad ipsi quatuordecim anni completim inclita supradicta tradictio salba, et ipsum abellanietum laboratum et operatum rebertar ad pars ipsius ecclesie per supradicta guadia et obligata pena, et, ubi meruerit, amodo infra ipso abellanietum abellane illis pastenarent, quod scripsi ego iaquintus notarius qui interfui.

† Ego grimoalt

† Ego alderissi notarius me subscribsi.

DCCXXXI.

A. D. 1021.

† In nomine domini tricesimo secundo anno principatus domni nostri Guaimarii, Et tertio anno principatus domni guaimarii eius filio, gloriosi principibus, mense februarius, quarta indictione. In sacratissimo salernitano palatio ante me romoaldus iudex Coniunctus est maio presbiter et abbas ecclesie sancti maximi cum alfanus filius visantii, et cum grimoaldus filius mirandi presbiteri, et cum cicirus filius ciceri et generum landoni filii orsengari, et cum lando et citro germani filii radecisi, et roctardus filius ursi, qui sunt toti avitantes in locum aunitum, tamen una cum ipsum abbatem adesset mirandus notarius advocator ipsius ecclesie, propter quod iam preteritis ipse abbas cum illis causabit ante romoaldus castaldus illorum, ut malo hordine introisset in rebus pertinentem predicte ecclesie, quod abet in locum forino ulter ipso flubio forino, ubi mairanu dicitur, et fobee ibi fecisset, et viti et arbori et sepi inde abscidisset, et frudium inde tulisset, et rebus ipsa ad pars predicte ecclesie contrasset; et y omnibus suprascripti dixerant, ut in predicto locum plures rebus aberent, set nescirent de quale cum illis causabit; et per iudicium ipsius romoaldi castaldi inter se fuerunt guadiati, ut pariter illuc pergerent cum iudicem et notario, et pars ipsius ecclesie monstraret illorum, unde cum illis causabit, et pars predicte ecclesie plicaret se cum sua rationem, et illis cum sue rationibus, et iusta legem inter se inde finem facerent *etc.*

« *Quod sequitur, idem est ac in Membrana N. DCCXXV An. Dni.* 1020 *usque ad verba:* Ego qui supra Romoaldus. *Postea vero ut infra* ».

Et cum supradictum scriptum fuit lectum , et agnoscentes i omnibus suprascripti consortes, qui sunt avitatores, ut diximus, de ipso locum aunitu, ut rebus ipsa per supradicte finis et mensuriis, que ipsa scriptio conbenientie a pars ipsius episcopii declarad, pertinentem esset ipsius aecclesie sancti maximi per veritatem, etiam et per sacramentum ipsum illut sivi integrum firmatum aberet, ut dictum est, pars ipsius ecclesie ab ipsum risus filius aghini consortem illorum. Ideo volumtarie sue ipsi suprascripti alfanus, grimoaldus, et cicirus, et lando, et citro, et roctardus, toti consortes, conbenientiam manifestaberunt se dicentes, ut tota rebus ipsa per supradicte finis et mensuriis, unde sacramentum ipsum datum est, qualiter supradictum scriptum continet, ipsius ecclesie sancti maximi esset pertinentes; et neque per testes, neque per monimen, nec per nulla quoque inventa

rationem, nec illis, nec illorum eredes, cum pars ipsius ecclesie sancti maximi exinde causare aut contendere non poterent. Et taliter pro securitatem perpetuam ipsius ecclesie sancti maximi hoc scribere fecimus te myrandus ubi supra notarius.

† Ego qui supra romoaldus iudex.

DCCXXXII.

A. D. 1021.

† In nomine domini tricesimo tertio hanno principatus domni nostri guaimarii, et tertio anno principatus domni guaimarii eius filii, gloriosi principibus, mense martius, quarta indictione. Ideoque nos domnandus filius domnelli de locum floccanu finibus nucerie, et mulier nomine risa filia quondam andree, qui sumus amboque coniugati vir et uxor, clarefacimus avere due pecie de terra cum arbustis vitatis in iamdicto locum floccanu: una ex ille ego nominatus domnandus paratam habeo da cicerus germanus meus, et alia paratam haveo da iaquintus filius iohanni, in quo ego nominata mulier quartam partem profiteor me havere sortionem, pertinentes michi per meum scriptum morgincahp mihi emissum a supradicto viro meus in die nostre copulationis, et congruum est comuniter illut vindere miri iudici filio mirandi subdiaconi ex eodem locum nucerie; et, ut pleniter ego nominata mulier ipsa vindictio iuxta legem perficere valeam, erga combocabi essendo de isto iamdicto domnandus vir meus, et andreas et mari filii nostri, in cuius mundium me subiacere palamfacio, et iohannes et petrus propinquioris meis parentibus, ut secundum legem michi inde consentiens illis esset; illis autem talia audientes, secundum legem mihi inde consentiens fuerunt, et una cum illis pariter perreximus coram presentia mirandi iudici, cui ec omnia nota fecimus; ipse vero iudex secundum mandatum legis per ordine me nominata mulier diligenter interrogabit et inquisibit, ne forte aliqua violentia paterem ab isto vir et mundoalt meus, vel a quabis homo. In eius presentia manifesta sum, nullam paterem violentiam, set spontanea mea esset voluntas ista vindictio una cum isto viro meus perficiendum, quorum isti vir et filiis et parentibus meis iuxta legem michi consentiens fuerunt, et una mecum illis pariter cum ipso iudex iuxta legem in an cartulam suis manibus posuerunt; et ideo, sicut nobis congruum est, bone nostre voluntatis, ante supradictus iudex et alii idoneis hominibus per hanç cartulam nos supradicti domnandus et risa unianimiter parique consensu venumdedimus tibi qui supra miri iudici

mensuras. A parte meridie fine bia qui pergit ad ponte lapideum sunt inde passi octuaginta sex: A parte occidentis fine terra pertinentem aecclesie, sancte marie plebem de ipso locum nuceria et fine de eredes adelgari, sunt inde passi quinquaginta unum; Et da inde revolbente in parte orientis iusta fine de heredes liutardi, sunt inde passi viginti duo; Et da inde per eade fine pergente in parte meridie passi quadraginta ; Et da conpleti ipsi quadraginta passos iterum per ipsa fine rebolbente in parte orientis indeque per ipsa fine de heredes ipsius adelgari passi triginta sex; et ab inde similiter per fine de eredes ipsius adelgari abiente in parte meridie passi biginti tres; et ab inde pergente in parte orientis passi biginti duo: A parte orientis fine guaimari comitis , sunt inde usque ipsa bia publica priore finem passi centum sex ad iusto passum homini mensuratum. Rebus ista per iamdictas fines et mensuras, que est cum arbustis vitatis seu bacuum uno tenientem, integram illam nobis tradidit cum bice de ipsa bia, Tali hordinem, ut amodo et semper ad nostra et de nostris heredibus, natos nascentes, sint potestatis illut tenendum et dominandum , et fobee et omnis nostre utilitatis ibidem faciendum iusta rationem , et iusta ipsa bia illut cludamus et semper illut clusum abeamus, et casa ibi faciamus, et nos nostrisque heredibus , sive unus ex nobis nostrisque heredibus, semper ibi resideamus et abitemus. Et tota rebus ipsa per iamdictas fines et mensuras annualiter apto tempore lavoremus de super et de supter, et, ubi meruerit, infra ipso arbustum arbores et vites plantemus et propagines tragamus, et in totum ipso bacibum, qui est in ipsa traditionem, pastenemus, similiter arbores et vites de bono vitinio vel pomis, et totum illut studiemus et cultemus, seu lavoremus de super et de supter , sicut locus ipse meruerit , ut semper in melius proficiad et non disperead et bonum paread lavoratum , et curam et vigilationem inde abeamus et salbum illut faciamus, sicut meruerit, iusta rationem et sic decertemus cum ipso vacibum, qui infra ipsa traditione est, pastenandum arbori et viti, seu pomis vel propagines traiere, ut amodo et usque decem anni conpleti totum ipso bacibum operatum et cultatum siant de bono arbustum vitatum vel pomis , sicut de tantos annos locus ipse meruerit, ut bonum pareat operatum et cultatum et studiatum. Et amodo et semper annualiter per vindemie scire faciamus ipsi predicti ursus presbiter et iohannes clericus, seu pars ipsius ecclesie, ut illuc veniant aut dirigant missum suum, et nos totis arbustis ipsis de ipsa traditionem suis temporibus vindemiemus et ad palmentum ibique procuremus vinum ipsum , et poma exinde colligamus et omnis vinum et poma quam inde exierit, ibique inter nos dividamus per medietatem: missus de partibus ipsius ecclesie tolleret ibique illut medietatem, et nos nostrisque heredibus medietatem; et ipsa medietas binum que in pars ipsius ecclesie inde evenerit , nos portare illut debeamus per annum

ad cellarium ipsius ecclesie de ipso locum, et reponamus illut ibique in organeum ipsius ecclesie que ad ipso cellarium fuerit, ubi adiubare stetimus ad conciandum et studiandum per annum; et, dum pro ipsa vindemia per annum ibi steterit pars ipsius ecclesie , nos illos nutriamus secundum nostram possivilitatem et palmentaticum eisdem, sicut consuetudo est; quicquit autem per annum ibi seminaberimus , totum illut nobis abeamus, tantum terraticum inde demus ibique ad area in pars ipsius ecclesie secundum consuetudo ipsius locis. Unde in eo hordine per conbenientiam guadia nobis dedit ipse abbas una cum ipso suo advocatorem , et mediatorem nobis posuit petrus presbiter cardinalem ipsius ecclesie ac filius stefani; et per ipsa guadia *etc. Statuta mulcta pro pactis non servatis viginti auri solidorum Constantini.* Verumtamen palmentum bonum fabritum ibi faciamus , et tota ipsa rebus cludamus circoitum, unde meruerit, et clusum semper illut abeamus, et ipso vinum illorum salbum per annum portemus ad cellarium ipsius ecclesie qui est ad pariti , et reponamus illut in organeum indeque , quod nobis assignatum fuerit, qui per nos sit bonum conciatum et studiatum per annum; et quando ipsa rebus ammiserimus in pars ipsius ecclesie, cultatam illam remittamus, sicut diximus, et circoitum clusa unde meruerit, et cum ipsa casa et palmentum fabritum illut remittamus in pars ipsius ecclesie. Quod scripsi ego supradictus myrandus notarius.

† Ego qui supra maio presbiter et abbas

† Ego petrus presbiter et primicerius

† Ego ademari notarius me subscripsi

† Ego iaquintus.

DCCLII.

A. D. 1023.

† In nomine domini anno tricesimo quinto principatus domni nostri guaimari, et sexto anno principatus domni guaimari eius filii, gloriosi principibus, mense september, septima indictione. Memoratorium factum a nobis leo et amorum germani filii iohanni , eo quod ante subscripti testes coniunsimus nos cum petrus clericus filius mundi, propter quod ante os annos ab ipsum petrus clericus ad portionem ordine ad potestatem tultum abuimus de rebus sua de locum iobi a super duobus ribora finibus salernitane per finis et mensurie: de pede fine ipso ribus , sunt per ipso ribus passi quinquaginta quadtuor: a

septemtrione fine quod retinet disiiu filius maraldi, sicut terminatum est: de capite fine bia commune, inde passi triginta quadtuor: a meridie fine medio ribus, sunt erga ipso ribus rectum mensuratum passi centum. Alia pecia de terra ibique a super ipsa bia commune per finis et mensurie: de subtus iusta ipsa bia passi quinquaginta: a meridie fine ipsius petri, passi decem et octo: de capite similiter fine eius, inde passi quinquaginta: a septemtrione fine de eredes mari, inde pedes decem et octo; tota suprascripta rebus mensurata ad iusto passum omini inclitum illut, sicut diximus, in partione ad pastenandum vinea, et cannietum, et salicetum, et pomis nobis tradidit: ad completi duodecim anni aberemus totum illut surtum et operatum et clusum, et super ipsa bia faceremus in altum pergola, et divideremus totum illut per medietate iusta ratione: illis tollerent eos medietatem, et nos alia medietate, ad faciendum per partes omnia quod boluerimus, reditum aut palmentum qui ibi fuerit, sive erit in ipsa nostra sortione, abeamus illut nobis; et si ebenerit in ipsa sua sortione, potestate abeamus illut inde excutere et portare illut, ubi boluerimus; et si ipsa nostra sortione de ipsa rebus datura aut vinditura abuerimus, per nullis modis non aberemus potestatem illut dare, ut de nostra potestate exe substractum, preter ipsius petri clerici, vel ad eius eredes, ad iusto baliente pretium, et faceremus illis inde scire per tertio constitutum usque diebus triginta sex; et si pro ipsa constituta noluerit illut emere ad iusto pretium, tunc post ipsa constituta liceat nos illut dare cui boluerimus; nam si ante ipsa constituta cuicumque illut daremus absque illorum solutione, ut de nostra potestatem exe substractum, tunc sine pretium pervenirent ad illorum potestatem, sicut continunt brebi de ipsa pastenatione, et aduc minime illut surtum abemus, sicuti inde obligati sumus. Modo autem, sicut utraque partes complacuit, pro servitium admisimus eidem petri clerico inclita ipsa pecia suprana a super ipsa bia, ad faciendum ille et eius eredes omnia quod voluerit; et statim divisimus ipsa pecia subtana, da ipsa bia in subtus usque ipso ribus, et fecimus inde due sortis per longitudo: una sorte in pars meridie usque medio ipso ballone, et alia in pars septemtrionis coniuntum ad ipsi termini de latitudo in omni loco ad equale mensuria, et per longitudo quantum badunt ipse sortis da ipsa bia et usque medio ipso ribus; unde prius ipse petri clericus compreensit ipsa sortione da pars meridie, et nobis tradidit ipsa alia sortione da pars septemtrionis cum omnia infra se abentibus et suis pertinentiis et cum vice de ipsa bia, ad securiter et firmiter amodo et semper nos et nostris eredibus illut abendum, dominandum, possidendum et omnia inde faciendum quod voluerimus, tantum abeamus illut tingnatum ipsius petri vel ad eius eredes, sicut supradictum est. De qua per vona combenientia guadia nobis ipse petrus clericus dedit, et medietatorem nobis posuit guaiferius

filius mansoni; et per ipsa guadia *etc. Statuta mulcta triginta solidorum auri constantinianorum.* Et hunc brebem scripsi ego iohannes notarius.

† Ego ademari notarius me subscripsi

† Ego petrus notarius me subscripsi.

DCCLIII.

A. D. 1023.

† In nomine domini tricesimo quinto anno principatus domni nostri guaimari, et sexto anno domni guaimari eius filio, gloriosi principibus, mense nobember, septima indictione. Ideoque ego astilfus filius quondam guidoni, sicut mihi congruum est, mea bona boluntate per anc cartulam ante presentia ragemprandi iudici et subscripti nobilibus donabit vobis desege, que ego in casa habeo, et gemmola filia tuaque desege, que ego genuit in te iamdicta deseia, inclita rebus mea qui sunt terris bacue et silbis, qui fuit ipsius genitori et genetrice mea de locum ribus altum, inclitum illut vobis iamdicte mater et filia donabit: iterum et donabit vobis iamdicte mater et filia inclita curte mea, qui est terra cum arbusto de locum nuceria ubi turricle dicitur, quod da me ad laborandum retinet disiio, in ea ratione ipsa rebus nobis donabi, ut abeatis vos illam et frudietis, et de ipsorum quod inde exierit, faciatis exinde quod bolueritis: tantum, si tu iamdicta deseia virum tibi copulaberit, vel mortua fuerit, inclita supradicta rebus rebertad ad potestatem ipsius gemmole in ea ratione, ut si abuerit ipsa gemmola filium vel filia de viro suo, abeant ipsa rebus, natos nascente, ad frudiandum nomine, et de ipso frudium faciatis omnia quod bolueritis; et si tu iamdicta gemmola sine filium vel filia mortua fueritis, sicut dictum est, de biro tuo, ut inclita supradicta rebus que superius ego vobis donabit, perbeniant in potestatem sancti angeli de intus ec cibitatem nostra pertinentem, ad abendum illum ipsa rebus pars ipsius ecclesie usque in perpetuum: tantum, si ipsa deseia biba fuerit post morte ipsius gemmole, et birum sibi non copulaberit, et de ipsa gemmola filium vel filia non fuerit, ut inclita supradicta-rebus diebus bite sue retinere ad frudiandum nomine et de fructu quod de ipsa rebus exierit, licead exinde illam facere omnia quod boluerit; ad eorum obitum, si non fuerit filium vel filia de viro ipsius gemmole, quod de ipsa gemmola genuerit, totum perbeniant in ipsa ecclesia santi angeli, sicut iam super legitur; et si abuerit filium vel filia de ipsa gemmola, aberent illum sibi, natos na-

scente, ad frudiandum nomine, sicut superius legitur; et quale tempore de ipsa gemmola semen inde non fuerit, ut inclita supradicta rebus rebertar in potestatem ipsius ecclesie sancti angeli in illa ratione que super legitur: simulque et donabit vobis iamdicte mater et filia unum parium de bobi cum quantum oc annum ipsi bobi laboraberit, et binum meum quod abeo in locum silia, et una bote cum binum quod abet ipse disiio de ipso locum nuceria, et quantum bictum modo abeo in ipso locum nuceria, et quantum mobile ego in casa abeo, seu et deant vobis iamdicte mater et filia, petrus et grimoaldus comitibus de mea causa, cuius ego illum in manum emisit quadraginta auri solidos de tari ana quatuor tari per solidos; et amodo et usque sex anni completim vos iamdicte mater et filia resideatis et abitetis in casa mea de intus ec cibitatem, sicut scriptum testamenti continet, quod ego ad obitum meum fecit, ad securiter et firmiter amodo et semper vos iamdicte mater et filia et vestros eredes inclito supradicto mobile abendum et faciendum inde omnia quod bolueritis, et ipsa rebus stabile amodo abeatis et detineatis in illa ratione que super legitur. Unde pro confirmandam et stabiliscendam supradicta mea donatione, nuc a presentis iusta legem launegilt pro bice vestra recepit ego iamdictus astilfo da iohannes germano tuaque desege mantellum unum in omnis deliberatione, sicut inter nos combenit; de qua obligo me iamdictus astilfo et meos eredes amodo et semper antistandum et defensandum vobis vestrisque eredibus inclita omnis supradicta mea donatione in illa ratione, qualiter super legitur, da omnes omines omnique partibus cum bice de bie sue; si autem, sicut dictum est, taliter illut vobis vestrisque eredibus defensare non potuerimus, tuc, sicut in lex langnobardorum de donum et launegilt continet, adimpleamus et persolbamus vobis vestrisque eredibus iustitia; et si taliter omnia suprascripta vobis vestrisque eredibus per supradicto ordine non defensaberimus et aliquit, de quantum superius legitur, remobere aut contrare quesierimus, et quodcumque causationes inde vobis vestrisque eredibus preposuerimus, componere obligo me et meos eredes vobis vestrisque eredibus duocentos auri solidos constantinos et omnia suprascripta vobis vestrisque eredibus adimpleamus in illa ratione, que superius legitur, et questio et causatio nostra sint exinde tacita et bacua. Verumtamen et organea, ubi modo ipso binum est de ipso locum silia, vobis iamdictis mater et filie donabimus, et taliter scribere rogabimus te iaquintus notarius, actum salerno. Et oc recordamus et licead vos iamdicte mater et filia et filiis et filie, quod ipsa gemmola de biro suo genuerit, licead ipsa rebus laborare et ad laborandum dare, asque contrarietatem de meos eredes. Et taliter subiungere fecimus te superius dictus iaquintus notarius.

† Ego qui supra ragemprandus iudex.

DCCLIV.

A. D. 1023.

✝ In nomine domini tricesimo quinto anno principatus domni guaimarii, et sexto anno principatus domni guaimarii eius filio, gloriosi principibus, mense nobember, septima indictione. Ideoque ego iaquinto filius quondam petri declaro me avere rebus, quod sunt terris cum bineis et bacuum cum dilecto et iohanne clerico, qui sunt filii mei, et sunt ipsis rebus in locum burgentie et per aliis locis per finibus lucanie, et congruum est michi de ipsis rebus inclita ipsa mea sortione quod est tertiam partem, bindere ad acto clerico filio quondam fasani et accipere exinde pretium, quod pro animam meam distribuam, pro eo quot congnosco me a gravissima infirmitate detentus, ubi nullam spem aveo ebadendi; et ideo, sicut michi congruum est, bona etenim mea bolumtate ante subscribti testes per anc quoque videlicet cartula benundamus, atque ad semper avendum confirmamus tivi iamdicto actoni clerico tota et inclita ipsa mea sortione de omnibus rebus quod est tertiam parte, quam et inclita ipsa mea sortione de casa de intus civitate caput aquis cum inclita ipsa mea sortione de omnibus movilibus meis, quot sunt organea et ferramenta et aliis movilibus, qualiter illut reliquimus in ipse case mee cum medietate de ipsa casa de predicto locum burientie, quod communiter residentes sum cum predicto iohanne clerico filio meus, et de ipsa movilia nullam perquiratis ad predicto dilecto filius meus, pro eo quot iam preteritis temporibus datam abuit inclita eius sortione de ipsis movilibus cum una casa in predicto locum, ubi modo residentes est, et liceat te iamdicto acto clerico et tuis heredibus predicta rebus dividendum cum ipsi filii mei, et inclita ipsa mea sortione de ipsis rebus, quod est tertiam partem, at vestra et de vestris heredibus beniat potestatem, et ipso movile cum medietate de ipsa casa de burientie dividendum per medietatem cum predicto iohanne clerico, et de ipsa medietate de ipso movile, et medietate de ipsa casa cum predicta tertiam partem de omnibus rebus meis cum inclita sortione mea de predicta casa de predicta civitate totum et inclitum beniat ad vestra et de vestris heredibus potestate, cum introitu et exitu et vice de via sua, et cum omnia intro se aventibus omnibusque inde pertinentes, at securiter et firmiter amodo et semper vos vestrisque heredibus illos, ut dictum est, avendum, dominandum, possidendum, et omnia faciendum que tivi tuique heredibus placuerit, sine omni nostra et de nostris eredibus aliqua contrarietate. Unde pro confirmandam et stabiliscendam hec suprascripta binditione, nunc a pre-

sente recepimus a te iamdicto acto clerico statutum pretium , i sunt tarenos aureos biginti in omnem deliverationem, sicut inter nos combenit: finitum est vero pretium ipsum, ut dictum est, aput nos ea ratione guadia tivi iamdicto acto clerico dedimus, et mediatorem tivi posuimus amatu qui fuit natibus de pantolisano filio quondam rodelgrimo; et per headem guadia per bona conbenientia obligo me iamdicto iaquinto et meos filios et eredes predicta binditione in omnibus, ut dictum est, illut tivi iamdicto acto clerico tuique filiis et eredibus defensandum da nos et da nostris heredibus, etiam et da illis hominibus et partibus qui pro nostris partibus emiserit qualiscumque causationis et da omnibus hominibus omnique partibus; et qualis tempore bolueritis per bos ipsos exinde siatis autores et defensores, bice nostra licentiam et potestatem aveatis cum ista cartula, seu cum quale alia monimen et rationem inde avere potueritis, in omnibus inde causare, et finem facere, et illut eos bovis defensare; nam, quando nos nostrique heredibus inde autores et defensores, bice nostra licentiam et potestatem aveatis in omnibus inde causare et finem facere et illut vobis vestrisque heredibus defensemus ab omnibus hominibus omnique partibus. Si autem taliter omnia, ut dictum est , illut tivi iamdicto acto clerico tuique heredibus defensare non potuerimus, aut si nos ipsos quomodocumque per qualecumque rationem illut vel exinde bovis tollere aut contrare, seu removere illos quesierimus, et quodcumque causationis atversus bos exinde preposuerimus per nos ipsos, quomodocumque per qualecumque rationem vel per summissam nostra; Ideo et per bona combenientia obligo me iamdicto iaquinto et meos filios et eredes predicta binditione in omnibus, ut dictum est, illut tivi iamdicto acto clerico tuique heredibus at conponendum , seu cui cartula ista vice vestra in manu paruerit, triginta aurei solidos constantinos, et cartula ista per invitis firme et stavilis permaneat per iamdicta guadia et predictum mediatorem. Tantum sceptuavimus exinde una pecia de terra cum binea in locum, ubi proprio lagustini dicitur , quod iam preteritis temporibus datum abuit at petrus presbiter ienero meus, qualiter illut modo est residentes; nam ipso aliut in supradicto hordine redeat at vestra et de vestris eredibus potestate. Et taliter scrivere rogavimus te romoaldo diaconum et notarium, actu caput aquis.

† Ego grimoaldus me subscripsi

† Ego mainardu presbiter

† Ego iohannes.

DCCLV.

A. D. 1024.

† In nomine domini dei salvatoris Ihesu christi temporibus domni sergii gloriosi ducis anno septimo decimo [1]) post eius recuperationem, et primo anno domni iohannis gloriosi ducis filii eius, medio mense ianuario, indictione septima amalfi. Certum est me petrus filius amori nuceresi, qui sum modo commanentis in fonti, a presenti die prumtissima volumtate scribere et firmare visus sum vobis domno leoni filio domni iohannis de constantino, de lupino, de constantino, de leone comite et domne marie iugalie hanc chartulam similem de ipsa quod vos michi scribere fecistis, pro eo quod tradidistis et assignastis nobis plenarium et integrum ipsum insertetum nostrum vacuum et plenum, quod habetis in fonti positum in locum qui dicitur aqua putida, cum via sua et omnia sua pertinentia. Unde nichil nobis exinde exceptuastis in ea videlicet ratione, ut a die presenti inpiciamus ipsos tigillos inserare de ipsa zenzala [2]), et ipso bacuum pastinemus at zappam, et impleamus eos de tigillis, et similiter insusculemus [3]) eos de ipsa zenzala, talemque curam exinde habere debeamus, ut amodo et usque at completis annis decem habeamus eos totum pastinatum et presumat que in serculatum at legitimum frugium atducendum, ut pareat apud bonis hominibus, et iam, ubi factum et completum eos habuerimus in suprascripto constituto, iam ab inde in antea pertenere eos debeamus nos et nostri heredes, de generatione in generatione usque in sempiternum, semper exinde curam et certamen habeamus, ut, domino auxiliante, proficiat, et a die presenti castanee vel zenzale, quod ibidem dominus dederit, nos eos colligere debeamus, et siccare et dividere eos debeamus nos et nostri heredes vobiscum et cum vestris heredibus per medietatem sicce at gratem, et ipsa medietate vestra nos vobis eas deponamus iusta mare, et demus vobis omni annue ipsa sabbatarica, sicut consuetudo est, et neque vos, neque homo vester nobis ibidem virtutem vel inbasionem non faciatis, set vindicetis nobis eos ab omnibus hominibus. Verumta-

---

[1]) Annus potius decimus sextus inscribendus erat.

[2]) *inpiciamus ipsos tigillos* — intelligendum putamus: incipiamus tigilla, seu truncos arboris, inoculare de castaneis, quae *zenzale* dicebantur.

[3]) *Insusculare*, idem ac *inserculare* sonat, idest, inserere, inoculare.

men, quod si eos factum et completum non habuerimus in suprascripto constituto, qualiter superius legitur, et ipsam legem vestram vobis completam non dederimus, iactetis nos exinde vacuos et faciam vobis iustitiam, sicut lex fuerit. Quod si nos bene laborando et certando in predicto zenzaleto, et ipsam legem vestram completam vobis dando, qualiter superius legitur, et volueritis nos exinde iactare, demus vobis exinde medietatem. Qui autem de nobis ambarum partes contra hanc chartulam benire presumserit, componere at partem que firmam steterit, auri solidi libra una byziantea, et hec chartula sit firma ım perpetuum; et reclaramus, ut ipsa medietate vestra de predicte zenzale nos vobis exinde adducamus hic, et vos nobis exinde detis ipso innaulo, quia sic nobis stetit.

† Ego leo filius mansonis de leo filius mansonis de leone galloppi testis sum

† Ego gregorius filius leonis de sergio testis sum

† Ego pulcharus filius mauri comitis testis sum

† Ego iohannes scriba filius sergii scripsi.

DCCLVI.

A. D. 1024.

† In nomine domini tricesimo sexto hanno principatus domni nostri guaimari, et sexto hanno principatus domni guaimari eius filio, gloriosi principibus, mense aprelis, septima indictione. Ideoque ego sillictus filius stefani, de sicut mihi congruum esse videtur, bona enim mea volumptate ante subscripti testes per hanc cartulam venundedit tibi iohanni filio idem iohanni presbiteri per absolutione ipsius supradicti stefani genitori meo, ibidem astante tota et inclita . . . . . terra mea, qui est castanietum quem habeo in locum paternum, ubi ad masclatora dicitur, per as fines et mensurias: a pars orientis fine tuaque iohanni presbiteri, sunt passi triginta sex: a pars septemtrionis similiter fine tuaque iohanni presbiteri, passi quattuordecim minus gubitum unum: a pars occidentis fine de consortibus nostris passi quadraginta: a pars meridie fine dominici, passi decem et hocto et medium passum, totum mensuratum ad iusto passum homini; hec vero rebus per iamdicte finis et mensurie totum et inclitum illut cum omnia intro se habentibus et cum vice de via sua, et cum omnis arboribus et pomifera sua, trasactibus nomen a funditus illos tibi qui supra iohanni presbiteri in integrum venundedit, unde nec mihi qui supra sellicti venditori, neque quarta uxori mee, nec quarta genitrice mea, nec cuiqua hominibus nihil restitit,

nec dicimus remanere sortionem. Et pro confirmandam et stabiliscendam anc mea vinditionem nunc a presentis recepi a te qui supra iohanni presbiteri emtorem meum statutum pretium, idest aurei tari boni numerum duo et tertium de tari in omnem deliberationem, sicut inter nobis comvenit: finitoque vero pretium ipsum apud nos ea rationem, ut a nunc diem presenti et perpetuis temporibus tu qui supra iohanni presbiteri quam et tuis heredibus predicta mea vinditione, ut superius legitur, in omnibus securiter et firmiter eos habere et possidere valeatis, et faciatis exinde omnia quod volueritis, absque omni contrarietate mea aut cuiqua hominibus; ex qua promisi et guadia tibi qui supra iohanni presbiteri dedit, et mediatorem tibi posuit citru filium stefani presbiteri per absolutionem predicti stefani genitori meo; et per eadem guadia obligo me qui supra sellictus et meis filiis et heredes, tibi qui supra iohanni presbiteri quam et ad tuis heredibus, predicta mea vinditionem, ut superius legitur, a partibus uxori mee et a pars genitrice mea et da omnes homines antistare et defensare promittimus; quod si minime potuerimus eos vobis defensare, vel si nos ipsis forsitans per quolibet ingenium vinditionem istam, quam prelegitur, remobere aut retornare quesierimus, tunc ante omnia questio et causatio nostra sit exinde tacita et vacua et inanis, componere obligo me qui supra sellicti, vel meis filiis et heredes, ad componendum tibi tuique heredibus, vel cui cartula ista vice vestra in manu paruerit, viginti aurei solidi constantini, et quod apud vos fuerit remelioratum aut super factum edificium, sub estimatione pretii nos vobis restituamus; de colludio autem secundum legem nos vobis iuremus per dei misteria, ista super scriptione vinditionis fecit per absolutionem predicti stefani genitori meo; si autem de esdicta mea vinditione vobis vel ad vestris heredibus causa fuerit exurte, et per bobis ipsis inde volueritis exe autores et defensores, in omnibus licentiam et potestatem abeatis vos et vestris heredibus, cum ista cartula et cum omnis alia monimen et ratione, que inde habere potueritis, exinde causare, et omnia agere et perficere, et rebus ipsa vobis defensare, sicut vultis. Nam, quando nos vel nostris heredes quesieritis habere autores et defensores, nos autem vel nostris heredes rebus ipsa vobis defensemus et omnia adimpleamus, sicut superius legitur. Et taliter scribere rogavimus te sellictus presbiter et notarius.

† Ego mirandus

† Ego ioannes.

DCCLVII.

A. D. 1024.

† In nomine domini tricesimo sexto anno principatus domni nostri Guaimari, et sexto anno principatus domni Guaimari eius filii, gloriosi principibus, mense iulius, sebtima indictione. Memoratorium factum a nobis miro iudex filio mirandi subdiaconi, et iohannes filio corbini, et maraldus et potone presbiter, germanis filiis mirandi, et iohannes, et mari, et petrus, et fasanus, germanis filiis petri, qui sunt toti consortifices in una ecclesia nostraque pertinentes bocabulum sancti adiutori, que sitam est in nucerie, in locum et ubi dicitur puciano subtus monte qui dicitur levinum, eo quod ante subscripti testes per convenientia ad tenendum et regendum et operandum tradidimus nos mari presbiteri et abbati filio iohanni et stefani clerico filio andree, qui sunt amboque thii et nepotes, ipsa ecclesia et cum rebus, ubi ipsa ecclesia sita est et cum alia rebus eiusdem ipsius ecclesie pertinentes, et ipsa iamdicta rebus, ubi ipsa ecclesia edificata est, per finis et mensurie. A pars occidentis fine meaque miri iudici, quod paratum abeo da eredes falconi filiis fasani, sicut inde termiti discernunt, sunt inde passi per ipsa fine iusta ipsa ecclesia (*deest mensura*): de super parte a pars meridie fine meaque miri, et nostraque consortes nos supradicti maraldus et iohannes, et meaque potone presbitero, et iohannes, et mari, et petri, et fasani, et meaque miri, quod paratum abeo da boni presbitero filio ioannaci, et quod ipso iamdicto bonus presbiter paratum abet da maio et malefreda germani filii madelmi, sicut inde terminatum est, et inde sunt per tote iste finis usque cilio de ballone passi sexaginta nobem: et ab oriente fine ipso iamdicto ballone: de subter parte a sebtemtrionis fine nostra consortifices, et inde sunt passi (*desunt*) indeque coniungentes ad ipsa priora fines. Alia pecia cum arbustum et abellanietum uno tenientem, qui est ipsius ecclesie pertinentes in eodem locum pucianum, per ec finis et mensurie: Ab occidente fine via antika, sunt inde passi sexaginta unum: A meridie fine de eredes iohanni sartori filii sergi sartori, sunt inde passi viginti quadtuor: ab oriente fine terra sancte marie plevis nucerie, indeque sunt passi quinquaginta octo: de subter parte a sebtemtrionis fine que fuit iamdicti falconi, quod paratum abet urso filius idem ursi atrianensi, et inde sunt passi triginta quinque et medium: tota iamdicta mensuria ad iusto passum omini mensuratum. Et iterum alia pecia cum insititum et silba in iamdicto monte, ubi cretarum et tigillitum dicitur, per ec finis: de super parte fine via (*deest mensura passuum*): de subtus fine

ballone: in partibus occidentis (*desunt fines*), et da pars sebtemtrionis fine nostraque consortes (*deest mensura passuum*), et ab oriente similiter fine nostra (*deest, ut supra, mensura passuum*). Alia pecia ibique propinquo cum insititum et castanietum et silba uno tenientem, quod ipse bonus presbiter paravit da iamdicto iohannes corbini per firma cartula, et quod ipse boni presbiter in ipsa ecclesia effertum abuit; hec vero rebus per iamdicte finis et mensurie cum omnia intro se abentibus omnibusque suis pertinentiis, et cum bice de vie sue et cum ipsa ecclesia et lignamen de una casa, et cum uno turibulum ereum nos ipsorum mari presbiteri et abbati et stefani clerico tradidimus, et ego qui supra iohannes corbini tradidit illorum de proprietate mea causa uno antifanario de nocte notatum, et ego qui supra potone presbiter tradidit ipsorum de proprietate mea causa [1]) uno gestarum continentes gesta sancti stefani et sancti felicis et sancte barbare, et dedicationem ecclesie, et visione sancti pauli, et gesta sancti geronimi et de omnium sanctarum, et una planeta et acmictum, et uno horarium, qui est pro pietate meaque potoni presbiteri. Unde ego qui supra miro iudex tradidit ipsorumque mari presbiteri et abbati et stefani clerico medietate ipsa ecclesia et ipsa rebus, sicut mihi pertinet abere per meis parationibus, et nos omnes consortes tradimus illorum similiter reliqua medietate, cum omnis supradicta capitola de regimen ipsius ecclesie atque ordinem, ut amodo et diebus vite illorum qui supra mari presbiteri et abbati et stefani clerico licead illis et presbiteros et cleros, quod in ipsa ecclesia miserint, illorum potestatis tenere et dominare, et omnis sue utilitatis iusta rationem ibidem faciant, et ipsa ecclesia officiare et officiare faciant, sicut decet ecclesia villana, et omnis frugens quod de ipsa omnis rebus ipsius ecclesie pertinentes inde exierint, et omnis votationem et offerta quod ibidem in ipsa ecclesia introierit, totum illorum sint potestatis, faciendum inde omnia quod voluerint: preter, si introierit in ipsa ecclesia animalia viba vel alia causa, qui ad ornamentum et regimen de ipsa ecclesia esse meruerit, seu rebus stavile, totum fia de ipsa ecclesia: tantum licead illis diebus vite illorum et presbiteros et cleros, quod ibidem illis miserint, illut tenere et regere et frudiare, sicut et illo aliut, et ibidem in ipsa ecclesia resideant, et abitare debeant, et abitare faciant; et per omnis annum in nativitas domini et in pasca resurrectionis in ambe iste festivitatis deant mihi qui supra miri et ad meis eredibus pro censum de ipsa ecclesia unum pario de pulli et uno cereum duplicem de gubito, et ad nos omnes iamdicti consortes et ad nostris eredibus similiter deant inter ambe festivitatis unum alium parium de pulli et unum cereum duplicem de gubito; et si unum ex illis, qui sunt thii et nepo-

---

[1]) Intellige: pro *capsa gestorum*.

tes defunti fuerit, inclita supradicta tradictio abeant illut qui bibum remanserit, tenendum et regendum diebus vite illorum, sicut supra legitur; et quale tempore ipsa ecclesia cum omni sua pertinentia tenere et regere illis non voluerint, revertad nobis illa et ad nostris eredibus cum omnis iamdicta capitula, et liceant illis inde exire cum omnis illorum causa movilia, quod illis ibidem abuerint et iret cum illut ubi voluerint, sine omnis contrarietate nostra et de nostris eredibus. Unde pro taliter per vona convenientia guadia nobis ipsi mari presbiteri et abbati et stefani clerico dederunt, et mediatorem nobis posuerunt iohannes filius quondam. . . . . qui dicitur grisonte; [et per ipsa guadia *etc. Statuta mulcta triginta auri solidorum Constantini.* Et unc brebem scripsi ego petrus clericus et notarius.

† Ego lambertus iudex

† Ego amatus.

DCCLVIII.

A. D. 1024.

† In nomine domini domno basili dibina gratia imperator augusto, deo propitius, sexagesimo hoctabo anno imperii eius, et cum eo regnante domno constantino frater eius, sanctissimis imperatoribus nostris, mense decembri, hoctaba indictione. Ideoque ego vir nomine petrus filius quondam sadelfrit iudicis, qui sum commorantes intus cibitate luceria, declaro enim intus in anc predicta cibitate luceria ante presentiam agelfrit iudicis et aliis nobiliores hominibus, qui hic subter conscripti sunt, quia pertinentem michi abeo ex predicto genitorem meum una fobea de victualium, mittendum intus in anc predictam urbem luceriam iusta ipsa platea puplica infra casa godelferi filii dauferi in ipso angulo de ipso kasile, qui fuit predicti genitori meo, iusta ipse fobee petri episcopi et adelberti filii musandi prospatharii, que isdicta fobea pro meis necessitatibus peragendum michi vindere congruum est et mea congruitate perficiendam. Quam et ego mulier nomine adelborga, qui sum uxor eius et filia quondam ragemfrit, profiteor enim me quartam partem abere in ipsa predicta fobea, sicut et in omni substantia predicti viri mei, set secundum edicti tinore et sicut ipsa lex nos ammonet, una cum consensu predicti viri mei et ragemfrit genitori mei et alberici filii offi abunculi mei, qui sunt mundoalt et consentientibus, et per consensum et licentiam supradicti iudicis et impositionem manum viri mei et predicti mundoalt

meis secundum eamdem legem per hanc quoque videlicet cartulam vindedimus tibi michali macedo et comes integram ipsa iamdicta fobea, qualiter prelegitur. Unde nec nobis, nec ad eredibus nostris, neque ad nullum quempiam hominem ibi aliqua portio reserbabimus requirendi. Set, qualiter edificiata est ipsa iamdicta fobea una cum omnibus suis pertinentiis et remeliorationibus, integra, qualiter prelegitur, ipsa iamdicta fobea benumdedimus tibi cuiusdicto emptori nostro possidendum. De quo pro constabiliscendam hanc nostram vinditionem manifesti sumus, quod a presentem recepimus a te predicto emptorem nostrum unum aureum solidum sotericum holotarcho vonum per caput: finitum est enim, Ea videlicet ratione, ut amodo et semper eamdem nostram vinditionem, que prelegitur, abere et possidere et dominare baleatis, et faciatis exinde, quemammodum tua et de tuis eredibus fuerit volumptate, sine nostra et de nostris eredibus requisitionem. Unde guadia tibi dedimus, et mediatorem tibi posuimus aldemari verus germanus meus; et obligamus nos et nostros obligamus eredes tibi cuiusdicto et at tuis obligamus eredibus, ut de anc nostra vinditione vobis omni tempore defensores siamus. Quod si noluerimus, aut si nos ipsis per quavis ingenium hanc nostram vinditionem vobis retornare, aut remobere quesierimus, seu defensare noluerimus, primis omnium questio nostra inanis sit et bacua, et decem aurei solidi nos et nostros eredes vobis vestrisque eredibus componere obligamus; et in antea taciti et confusi maneamus per invitis per supradicta guadia et iamdictum mediatorem, qui se tribuit vobis ad pignerandum omnia pingnera sua legitima et inlegitima, tampdium donec per invitis adimpleamus vobis iusta uius testum cartule. Quem te deusdede diaconum et notarium hanc cartulam nostre binditionis asscribere rogabimus, actum in civitate luceria qui et interfui, mense et indictione superscripsi feliciter.

† Ego qui supra agelfrid iudes

† Ego poto teste.

DCCLIX.

A. D. 1025.

† In nomine domini tricesimo sexto anno principatus domni nostri Guaimari, Et sebtimo anno principatus domni Guaimari eius filio, gloriosi principibus, mense ianuarius, octaba indictione. Ideoque ego lando filius quondam landoni, eo quod ante subscripti testes, sicut mihi congruum est, mea etenim volumtate per anc cartulam pro amore omnipoten-

tis deo et salutis anime mee et pro amore de supradicto landone genitori meo et rigande genitricem meam et pro amore Aldane, que fuit uxor mea, et de gemma que fuit posteriore similiter uxor mea, et omnibus parentibus meis et filiis offero in ecclesia mea vocabulum sancti martini situs in firmitatibus nucerie, in quo iohannes presbiter regimen tenere videtur, de rebus mea una pecia de terra cum arbustis vitatis, quod abeo in eodem locum nucerie et in locum, ubi dicitur ducano, qui est per as fines et mensuras. A pars orientis fine de consortibus meis, et inde abet latitudinem passi viginti duo et uno gubito; et a sebtemtrionis fine de eredes radelpoti, sunt inde per longitudo passi triginta: et a pars occidentis fine via pubplica, que badit ad sanctum maurum, ed inde sunt per ipsa via passi viginti quinque: et a meridie similiter fine de ipsi consortibus meis, et inde sunt passi triginta unum, totum ad iusto passum omini mensuratum. Ista pecia de terra cum arbustis vitatis per ipse iamdicte finis et mensurie cum omnia intro se abentibus omnibusque suis pertinentiis, et cum vice de ipsa via, ego supradictus lando pro christi et misericordia et salvationis anime mee et de ipsis nostris patribus et parentibus et uxoribus, illut in iamdicta ecclesia sancti martini nostraque pertinentem ipsa pecia offerui, Ad securiter et firmiter amodo et semper pars ipsius ecclesie eiusque rectores illut abendum, dominandum, possidendum, omnia exinde faciendum quod voluerint, absque omni contrarietate de nostris filiis et eredes: tantum non abeant potestate rectores ipsius ecclesie, nec quicumque omo vel parte, illut de ipsa ecclesia substraere per qualecumque modum, Set semper omni tempore in iamdicta ecclesia securiter permaneat; et si aliquando tempore rectores ipsius ecclesie, vel pars archiepiscopii illut ipsa pecia de ipsa ecclesia substraere voluerint, vel quicumque omo, inclitum redeant ad potestatem de meis eredibus. De qua ego supradictus lando obligo me et meis filios et eredes amodo et semper omni tempore antistandum et defensandum in ipsa prefata ecclesia et ad eius rectores inclita ipsa mea offertione da omnes omines omnique partibus. Et Si taliter illut ibidem non defensaverimus, aud si nos nostrisque eredibus per qualecumque rationem quesierimus illut de potestate predicte ecclesie tollere aud contrare, vel si quodcumque causationes inde preposuerimus, componere obligamus nos et nostris filios et eredes ad ipsa pars predicte ecclesie et ad eiusque rectores, vel cui cartula ista pro vice ipsius ecclesie in manum paruerit, quinquaginta auri solidos constantinos, et per invitis ad pars iamdicte ecclesie omni tempore adimpleamus per iamdictam rationem. Et taliter scribere rogavimus te petrus clericus et notarius, acto uius nucerie.

† Ego iohannes presbiter

† Ego urso presbiter.

DCCLX.

A. D. 1025.

† In nomine domini tricesimo sexto anno principatus domni nostri guaimarii, et septimo anno principatus domni guaimari eius filii, gloriosi principibus, mense ianuarius, hoctaba indictione. Ante me ragemprandus iudex coniunti sunt iaquintus diaconus filius gaudiosi cum grimoaldus filius ursi abitator de locum nuceria, qui dicitur pappacena, et statim per ipsum iaquintus diaconus ostensum est unum brebem et cum quo exinde relegere fecimus; erad continentem: de tertio decimo anno principatus domni nostri iohanni, et octavo anno principatus supradicti domni guaimarii, de mense iunius, nona indictione. Iaquintus clericus filius supradicti gaudiosi ante subscripti testes per largietate et absolutione domni maioni archidiaconi et abbati sancti maximi, situs intus hanc salernitanam civitatem, una cum ipso iaquintus adesse achenardo notario advocatorem predicte ecclesie, et per combenientia ad lavorandum et pastenandum tradiderad ursi filio petri, qui dicitur pappacena, de rebus predicte ecclesie pertinentem quem ipso iaquintus in beneficium tenet a pars ipsius ecclesie in finibus nuceria ubi agella dicitur, que sunt pecie tribus: due ex illis sunt arbustata, et alia est bacua; et castanietum ibidem coniunctum in quo aliquante insite sunt per finis et mensurie, sicut ipso brebem continet, tali ordine, ut amodo et semper ipse ursus et eius heredes ipso castanietum et ipsa terra bacua sue potestatis tenere et dominare, et omni tempore abitare in una de ipse pecie de ipsis rebus, qualis eorum placuerit, et in tota ipsa terra bacua pastenare abellanietum, ut amodo et usque decem anni completi perfectum abellanietum abeant, sicut de tantos annos ipse locus meruerit; et a quo parutus sit, ut abellane inde colligere, amodo et semper ille et eius eredes ille colligere et seccare et tertiam partem secke ad missus eius dare, et annualiter colligere ipse castanee et seckare, et tertiam partem ad missus eius dare, et usque quinque anni completi insitare quantum potuerit de ipso castanietum, et quante inserte exinde collixerit, medietatem ad missus eius dare; et si da ipsi decem anni in antea noluerit ipsa tota suprascripta tradictione tenere per supradicto ordine, licead illum et eredes eius cum uxoribus et filiis et ominibus eorum inde exire et excutere in omnis redita et palmenta et omnis illorum causa, et pergere cum eo ubi voluerit, et tota et inclita supradicta rebus eveniad ad potestate ad pars ipsius ecclesie. Modo autem propterea, ut diximus, ante me ipso iaquintus diaconus cum ipso grimoaldus coniunctum est, et ipso iaquinto bolebat, ut

ipse grimoaldus residere in ipsa rebus, sicut ipso brebem continet: ipse grimoaldus dicevad, ut in ipsa rebus sedere et abitare et abere non bolere; et per vona combenientia sua vona voluntate remisit et tradidit ad potestate ipsius iaquinti pro pars ipsius ecclesie ipsa sortione ipsius grimoaldi, quod de ipsa rebus ipse grimoaldus tenere debuerit per ipso brebem, et per vona combenientia guadia ipse grimoaldus pro pars ipsius ecclesie ipsius iaquinti diaconi dedit, et mediatorem ei posuit seipsum; et per ipsa guadia *etc. Statuta mulcta triginta auri solidorum Constantini.* Et taliter scribere fecimus te ademari notario.

† Ego qui supra ragemprandus iudex.

DCCLXI.

A. D. 1025.

† In nomine domini tricesimo sexto anno principatus domni nostri guaimari, et septimo anno domni guaimari eius filio, gloriosi principibus, mense februarius, hoctaba indictione. Memoratorium factu a me iaquintus diacono et primicerio, eo quod ante presentia domni maioni venerabili abbati ecclesia sancti maximi, qui situm est intus salernitanam cibitatem, ibique esset subscripti testes, per bona combenientia pro pars predicte ecclesie per demandatione ipsius domni abbati ad tenendum et laborandum tradidit ego iaquinti et stefani, qui sunt germani et filii iohanni, qui sunt abitatori in locum nuceria, de rebus pertinentem ipsius ecclesie, quod abet in ipso locum nucerie, ubi ad pao dicitur finibus salernitane, qui sunt pecie due; una qui est terra cum arbusto, et alia qui terra cum abellanietum. Ipsa pecia de terra cum abellanietum per ec finis et mensurie: ab orienti fine ipsius ecclesie, inde sunt passi octuaginta: a pars meridie fine ipsius ecclesie, inde sunt passi biginti unum: a pars occidentis fine ipsius ecclesie, inde sunt passi septuaginta unum: a septemtrionis fine bia plublica, inde sunt passi biginti unum et gubitum unum. Ipsa pecia de terra cum arbustu per ec finis et mensurie: a pars occidentis fine ipsius ecclesie, inde sunt passi triginta; et inde rebolbente in pars meridie per fine ipsius ecclesie passi triginta duo; et ab inde rebolbente in pars occidentis per fine ipsius ecclesie inde sunt passi biginti septem: a septemtrionis fine ipsius ecclesie, inde sunt passi centum: ab orientis fine ipsius ecclesie, inde sunt passi sexaginta quinque, et rebolbente in pars meridie per fine ipsius ecclesie inde sunt passi sexaginta octo: tota omnis supradicta mensura mensurata fuit ad iusto passum ominum; per ipse finis et mensurie, sicut dictum

est, inclitum illut est pertinentem ipsius ecclesie sancti maximi; unde, sicut diximus, per bona combenientia per demandatione ipsius domni abbati, et ibique illum astante, tradidit ego medietatem ipsorum germani ipsa terra cum arbusto et medietatem ipsa terra cum abellanietum in tali ordine, ut amodo et omni tempore ad illorum vel de illorum eredibus sint potestatis rebus ipsa tenendi et dominandi, et ibidem residendi et abitandi, et temporibus suis ipsa terra cum arbusto et abellanietum illis eos laborarent de super et de supter, sicut locus ipse meruerit, ut proficiant et non dispereant, et, ubi meruerit, infra ipsas rebus arbores et bites et abellane ibidem plantare, sicut meruerit, et per omnis annum sic illum laborare bonum, sicut locus ipse meruerit, ut bene paread laboratum, et, ubi meruerit, ipsa rebus cluderent et semper illam clusam abere, et per tempore de bindemie faciant exinde scire pars ipsius ecclesie, ut ibidem dirigant missum suum, et illis et suis eredibus ipso arbustu bindemiare, sicut meruerit, et omnis binum et poma quam de ipsa rebus exierit, totum illum ibique ad palmentum inter se dibidere per medietate: illis et suis eredibus tolleret illum medietatem, et pars ipsius ecclesie tolleret illum medietatem, et pars ipsius ecclesie darent illorum ibidem organeum da binum, et illis et suis eredibus organeum ipsum conciare per omnis annum et mictant illum a suptus reditum in ipsa rebus indeque, ubi illis abitaberit, et sic ipsa sortione ipsius ecclesie ibidem mictere et salbum illum facere, usque dum illum inde tulerit pars ipsius ecclesie, asque degeneratione et igne, missum ipsius ecclesie, quam ibidem direxerit per ipse bindemie, illis eum nutrire, usque dum ibidem steterit, secundum illorum possibilitatem et darent ei palmentateca, sicut meruerit, et similiter ipso abellanietum per tempore curam et bigilatione inde abere et salbum illum facere, et per tempore illum colligere et seccare, et quante abellane inde exierit, medietatem ille dare ad pars ipsius ecclesie et medietatem ille sibi abere; et que in tota ipsa rebus seminaberit, darent inde illis terraticum ad pars ipsius ecclesie secundum consuetudine de ipso locum, de quantum inde illarum tradidit inde, sicut dictum est, terraticum exinde dare ad pars ipsius ecclesie, et, quando pars ipsius ecclesie ibidem direxerit missum suum pro ipse abellane inde tollendum, illis eum nutrire secundum illorum possibilitatem, et potestatem abeant pars ipsius ecclesie per annum illis requirere, si illum laboraberit, sicut inde obligati sunt; et si illis et suis eredibus de ac terra salernitana exierit pro aliiubi ad abitandum, aut si talem egerit illi culpa, unde in publico cecidere debuerit, inclita supradicta tradictio rebertar ad pars ipsius ecclesie; et si infra tribus anni illis rebersi fuerit ic ad abitandum, aut de ipsa culpa eruti, et boluerint supradicta rebus illis ad se recolligere, seu ad tenendum in predicta ratione, potestatem abeant; sin autem, securiter illum abeant pars ipsius ecclesie: tantum ipso an-

num quod redierit, si rebus ipsa laborata inbenerit, licead ille qui eos laboraberit ipso annum, ipso frudium inde tollere, et sic ipsa rebus ad se recolligere ad tenendum in predicta ratione. Unde per bona combenientia guadia mihi ipsi germani dederunt, et mediatores mihi posuerunt se ipsis; et per ipsa guadia obligaberunt se et suis eredibus, ut si taliter omnia suprascripta per supradicto ordine ad pars ipsius ecclesie non adimpleberit et de suprascripta aliquit contradisserit, per ipsa guadia componere obligaberunt se et suis eredibus ad pars ipsius ecclesie biginti auri solidos constantinos. Quod scripsi ego iaquintus notarius qui interfui.

† Ego grimoalt

† Ego romoaldus me subscripsi.

DCCLXII.

A. D. 1025.

† In nomine domini dei salvatoris ihesu christi anno septimo decimo ducatus domni Sergii [1]) Gloriosi ducis, die vicesima mensis februarii, indictione octaba infrascripta. Certum est me gregorium divina gratia episcopum sanctae sedis stavianae ecclesie A presenti die promptissima voluntate dedi atque in presenti tradidi tibi domno mirandi iudici filio dauferi qui es comanente in nucerie, Hoc est in colligio ad laborandum et detinendum inclitam unam petiam meam de terra que arbustum esse videtur, pertinente nobis a suprascripta sancta ecclesia posita in loco qui nunc angre, ubi dicitur nobella et casa amabile, cum bice de via sua omnibus sibi habentibus et pertinentibus, Coherente sibi: Ab oriente fine predicti episcopii, que ad laborandum retinet heredes grimoaldi filii nucerini, et habet ibidem passos octoginta octo: A meridie quomodo limites discernit, fine heredes lioprandi et fine heredes desadi, et habet ibidem passos quinquaginta quinque: Ab occidente cum fine de suprascripta sancta nostra ecclesia, quod detinet grimoaldus filio maranci

---

[1]) Observatu dignae notae chronologicae Ducatus Sergii huiusmodi chartae, quae depositionem Ducis ob popularem seditionem innuunt, quod sane circa annum millesimum septimum vel octavum accidit. Idque satius patebit ex sequentibus Membranis eiusdem anni, ac praecipue ab ea, quae sub N. DCCLXXVII inseritur, ubi legitur de Ducatu Sergii: *Tempore domni Sergii anno octavo decimo post eius recuperationem.*

per nostram firmissimam chartulam, unde omni annuo dat nobis et ad suprascripta sancta nostra ecclesia auri tares decem, qualiter ipsa chartula continet et reclarat, et habet ibidem passos octuaginta tres: A septemtrione cum via, et habet ibidem passos quinquaginta sex et medium; toti vero suprascripti passi mensurati ad passum de curte sanctae stavianae ecclesiae. Ita ut suprascripta inclita una petia mea de terra que arbustum esse videtur, qualiter superius tibi in colligio dedi, In eo etenim tenore, quatenus tu et tui heredes ex integra illam bene et diligenter vitigiare et arbustare atque fructare debeatis, et per omnes fines eius claudere et defendere debeatis, omnia ad vestra expensa vestroque labore laborare et restaurare, atque ad meliorem cultum perducere debeatis, et omnia que ibidem dominus deus dederit subtus et super, in tua heredumque tuorum sint potestate ex ipsa frugia faciendi omnia que volueritis, unde nullam partem tibi tuisque heredibus queramus aut tollamus per nullum modum. Tantummodo tu et tui heredes omni-annuo usque in sempiternum dare et adducere debeatis nobis nostrisque posteris et ad suprascripta sancta nostra ecclesia in die festivitatis sanctae mariae de mense agusto, idest auri tares nobem boni pesanti in capu et negotiantili sine detinentia et absque iuncta, et due galline sine omni nostra amaricatione vel damnietate. Insuper vos et vestri heredes recolligere et adducere debeatis nobis nostrisque posteris in suprascripta festivitate sanctae mariae ipsi tares decem, quod solitus est nobis persolvere suprascriptus grimoaldus filio maranci cum suis heredibus, et alii tares decem, quod solitus est nobis dare iohannes rafaniulus cum suis heredibus, usqueqùo nobis nostrisque posteris placuerit, Ita ut integra suprascripta terra non presummatis, nec habeatis licentiam vos et vestri heredes dare aut subiugare, vel offerire ad qualemcumque personam vel loca cum scriptis aut absque scriptis, nec per nullum modum aut ingenium. Verumtamen, si tu vel tui heredes facere volueritis in suprascripta terra unum reditum pro vestra utilitate, licentiam habeatis. Et non habeamus licentiam nos et nostris posteris vobis vestrisque heredibus eicere exinde foras per nullum modum vos et vestri heredes, dantes et persolventes nobis nostrisque posteris et ad suprascripta sancta nostra ecclesia omni anno in suprascripta festivitate sanctae mariae auri tares nobem et due galline, qualiter superius legitur. Quod si aliter provenerit de his omnibus suprascriptis, tunc componimus nos et nostris posteris vobis vestrisque heredibus auri solidos triginta bytianteos. Et hec chartula sit firma im perpetuum. Scripta per manus petri clerici et notarii ac primarii per suprascriptam indictionem octabam.

† GREGORIUS EPISCOPUS SUBSCRIPSI

† Gregorius archipresbiter testis sum

† leo presbiter testis sum.

DCCLXIII.

A. D. 1025.

† In nomine domini dei salvatoris ihesu christi Anno septimo decimo ducatus domni Sergii Gloriosi ducis, die vicesima mensis martii, indictione octaba infrascripta. Certum est me gregorium divina gratia episcopum sedis sanctae stavianae A presenti die promptissima voluntate dedimus atque in presenti tradidimus tibi domno mirandi iudici filio doferi de nuceria, Hoc est ad laborandum et detinendum inclitam unam petiam nostram de terra, que arbustum esse videtur, pertinente de suprascripta sancta nostra ecclesia positam vero in loco, qui vocatur angre et dicitur casa amabile pertinentia nucerie, simul et cum bice de via sua et cum omnibus sibi habentibus et pertinentibus coherente sibi: ab oriente cum fine de suprascripta sancta nostra ecclesia, quam tu ad laborandum retines, unde omni annuo dare debeatis nobis tarenos nobem, et habet ibidem passos octuaginta duo: A parte meridie cum terra heredum sandi et terra heredes petri castaldi, et habet ibidem passos octuaginta nobem: Ab occidente cum via et de aliis que ad fines sunt, et habet ibi passos octuaginta octo: Et a septemtrione item cum via, et habet ibi passos octuaginta sex; toti vero suprascripti passi sunt mensurati ad passum sanctae stavianae ecclesiae, Ita ut suprascripta inclita petia de terra que arbustum esse videtur, qualiter superius tibi suprascripto domno mirando iudici dedimus et tradidimus, ut superius legitur, In eo tamen tenore, quatenus tu et tui heredes integram illam bene et diligenter vitigiare et arbustare et fructare debeatis, atque ad meliorem cultum perducere debeatis, et per omnes fines eius claudere et defendere debeatis, omnia ad vestra expensa vestroque labore laborare et restaurare cum omni vestro expenso, ut pareat semper bonum laboratum ante bonos homines. Et omnia que ibi dominus deus dederit in quolibet seminato, seu vinum et fructora, in tua tuisque heredibus sint potestate, faciendum exinde omnia que volueritis, et nullam partem tibi tuisque heredibus exinde queramus, aut tollamus per nullum modum im perpetuum. Tantummodo omni tempore tu et tui heredes omni anno dare et adducere debeatis nobis nostrisque posteris et ad suprascripta sancta nostra ecclesia in die festivitatis sanctae mariae de mense agusto, idest auri tares decem boni pesanti negotiantili boni in capu, sine detinentia et absque omni nostra amaricatione vel damnietate. Ita ut integra suprascripta petia de terra que arbustum esse videtur, non habeatis licentiam aut potestatem vos aut vestri heredes dare, aut subiugare, vel offerire ad qualem-

cumque personam vel loca, cum scriptis aut absque scriptis, nec per nullum modum ; et tu et heredes tui licentiam habeatis ibi ponere laboratores absque ordine scripto sine omni nostra contrarietate, et semper tu et tui heredes licentiam habeatis facere in suprascripta terra redita ad habitandum pro utilitate vestra et nostra. Et non habeamus licentiam nos aut posteriores nostri te vel tuos heredes foras eicere de suprascripta terra per nullum modum, tu et tui heredes dantes et persolventes nobis nostrisque posteris et ad suprascripta sancta nostra ecclesia omni annuo in iamdicta festivitate sanctae mariae suprascripti auri tares decem boni, qualiter superius legitur. Quod si aliter provenerit de his omnibus suprascriptis, tunc componimus nos, seu posteri nostri, tibi tuisque heredibus auri solidos sexaginta bytianteos. Et hec chartula sit firma im perpetuum. Scripta per manus petri clerici et notarii ac primarii per suprascriptam indictionem octabam.

† GREGORIUS EPISCOPUS SUBSCRIPSI

† Gregorius archipresbiter testis sum

† leo presbiter testis sum.

DCCLXIV.

A. D. 1025.

In nomine domini nostri ihesu christi. Nos guaimarius et guaimarius, pater et filius, dibina opitulante clementia langobardorum gentis principes, per postulationem gaitelgrime serenissime atque gloriose principisse dilecte coniugi et matri nostre, Quam et pro redemtionis anime et patrie nostre salvationis Concedimus tibi domino adelferi venerabili abbati et spirituali patri oratori nostro totam et inclitam ecclesiam illam cum inclita cripta, in quo ipsa ecclesia a nobo fundamine construere fecisti cum tuo espendio in nomine sancte et indibidue trinitatis a foras hanc nostram salernitanam cibitatem in pertinentia mitilianense. Et cripta ipsa vocatur arsicza cum rebus a supter et a super iamdictas cripta et ecclesia, que sunt terris, et vineis, et arbustis, et insites, et castaneis, et pomis, et bacuum, et rupis, totum uno tenientem per as fines: de una parte quomodo descendit per medium ballonem, qui dicitur iuniolu, et coniungit se cum flubio qui selano vocatur: de alia parte quomodo descendit per medio ribus, qui sassu bibu dicitur, et coniungit se cum predicto flubio selanu, et sicut descendit ipso flubio selano, et coniungit se cum su-

pradicto ballone iuniolu : de super parte ad fine rebus predicte ecclesie coniunctum est, qualiter vadit de suprana pars a medio predicto ballone iuniolu usque in medio predicto ribus, qui sassu bibu dicitur. As vero omnibus supradictis rebus per supradictas fines, cum omni intro se habentibus et suis pertinentiis, et cum vice de viis et anditis suis, totum et inclitum illud tibi supradicto domino adelferi abbati concessimus; Ut amodo et semper in tua et de tuis successoribus, qui in ipsa ecclesia prefuerint, sint potestatis illud tenendum, dominandum, possidendum et omnia exinde faciendum quod volueritis, et congregationem monachorum quam in ipsa ecclesia agregare cepisti, si volueris congregationem ipsam augeri, potestatem habeatis eam ampliare, qualiter volueritis. Item, si volueris, bibente te, vel ad diem obitis tui alium abbatem ibidem ordinare, ad tuam sit potestatem, qualiter volueris; et sibe, te volente vel neglegente, ante tuam defuntionem abbas per te in predictum monasterium sancte trinitatis ordinatus non fuerit, potestatem habead ipsam congregationem monachorum qui in ipso monasterio fuerint, abbatem inter se eligere et ordinare, qualiter voluerint, alio sic faciant semper per omnes bices, quando abbatem eorum mortuus fuerit, Ita ut amodo et semper monasterium ipsum cum supradictam congregationem et abbates eorum, cum omnibus supradictis rebus et cum aliis rebus, quas in supradicto monasterio quomodocumque datum vel offertum fuerit, semper liberos absolutos permaneand a pars reipublice in sua potestate et arbitrio, et non habeamus potestatem, nec nos, nec successoribus nostris exinde tollere, nec pensionem, nec censum, nec plateaticum, nec qualiscumque serbitium vel dationem. Iterum concedimus tibi supradicto domno adelferi abbati totis et integris albeis de predicto flubio et de ipsis ribis et ballonibus, cum omnibus ripis ex undique partibus ibidem adiunctis, cum omnibus aliis albeis, fluminibus et aquarum, que ubicunque ad aliis rebus predicti monasterii sunt et fuerint coniunctos, ut semper potestates habeant pars predicti monasterii in ipsis albeis clusamina et antepositiones facere et habere, et in ripis earum fodere, ut aquis ipsis lebare et extorquere et portare per ipsis rebus ipsius monasterii, ubi aut qualiter voluerint, et molina et omnes suas utilitates exinde facere et abere, qualiter pars predicti monasterii voluerint, absque omnibus contrarietatibus nostra nostrorumque successorum, vel cuiquam hominum. Item concedimus tibi iamdicto domno adelferii abbati omnibus liberis illis hominibus qui in omnibus supradictis rebus sunt, vel fuerint habitantes, ut semper sint liberi absoluti a pars reipublice; et non habeamus potestatem nec nos, nec successores nostros eorum tollere aut facere tollere pensionem, nec plateaticum, nec qualiscunque censa vel dationes, nec quolibet serbitium eorum tollere aut inponere, vel exigere querantur; set semper a partibus reispublicis securis et liberis persistant sub defensione et protectione tuaque domni adelferi

abbati et de successoribus tuis, qui in ipso monasterio prefuerint. Pariterque concedimus tibi supradicto domno adelferii abbati, licentias abeatis per rebus nostri palatii vel successorum nostrorum vos et monachos, et ipsis aliis vestris hominibus, per totis montaneis lignamina abscidere, et tollere, et portare ubi volueritis, pro utilitatibus, et que congrua sunt predicti monasterii faciendum, qualiter voluerint. Quam et concedimus tibi supradicto domno adelferi abbati omnes res ex mortuorum et rebus nostri palatii, qui infra et erga rebus ipsius monasterii sunt vel fuerint, ut pars ipsius monasterii securiter illud habeat, faciendum quod voluerint. Et si qualiscumque tempore acciderit pars predicti monasterii sacramenta dare de quacumque re, non possant vos vel successores vestros, nos aut successores nostros, nec qualiscumque umana persona abbates vel monachos ipsius monasterii ad sacramenta ipsa dandum provocare, aut coegere, aut illis molestare; set per omnes vices illis laicis hominibus, qui in ipso monasterio et in rebus ipsius monasterii sunt vel fuerint, quales ex illis pars ipsius monasterii voluerint, sacramenta ipsa iurare faciant, qualiter eis per legem iudicatum fuerint, et semper firmum stabilemque permaneant. As omnibus supradictis concessionibus, qualiter supra legitur, Tu supradictus domnus adelferius et successores tuos, qui in ipso monasterio sancte trinitatis prefuerint, illud habendum, dominandum, possidendum et omnia exinde faciendum quod volueritis, et a nullo ex nostris iudicibus, comitibus, sculdais, castaldeis, vel a quibuscumque agentibus patiamini inde molestationes aut contrarietates; set amodo et deinceps per unc nostrum roboreum preceptum cunctas supradictas nostras concessiones securiter habeatis in predicta ratione. Quod vero preceptum concessionis ex iussionibus supradictorum gloriosorum principum scripsi ego aceprandus clericus — In anno tricesimo septimo principatus supradicti domni nostri guaimari et septimo anno principatus †) supradicti domni guaimari eius filio gloriosis principibus. De mense martius hoctaba indictione [1]).

---

†) Loco sigilli coerei. Vide fac-simile in fine Voluminis.

[1]) Ab anno huius Diplomatis decepti Muratorius et Mabillonius hoc anno asserunt aedificatum Monasterium Cavense, quod sane anno 1011 fundatum legimus in vetustioribus chronicis a Divo Alpherio.

DCCLXV.

A. D. 1025.

† In nomine domini tricesimo septimo anno principatus domni nostri guaimari, et septimo anno domni guaimari eius filii, gloriosi principibus, mense aprelis, hoctaba indictione. Memoratorium factu a me iohannes filio stefani calbenzo, eo quod ante subscripti idoneis hominibus coniuntus sum cum maio abbas ecclesia sancti maximi, quoniam ante os annos dedit mihi et grimoaldi filio stefani comitis inclita medietate de curte, quod pars ipsius ecclesie abet in locum angre, ubi casa amabile dicitur, qui est terra cum arbustis bitatis et bacuum uno tenientem infra ec finis et mensuras: a. pars orientis fine ipsius ecclesie, unde via fuit, inde passi centum nonaginta quatuor usque bia qui modo se andat, et per ipsa bia habiente in pars meridie usque ipsa alia bia plubica maiore, sunt inde passi quadraginta quinque: a pars meridie fine ipsa bia plubica maiore qui dicitur stabiana, sunt inde passi centum quatuordecim: a parte occidentis rectum mensurati passi septuaginta unum, et abinde rebolbente in pars occidentis rectum exiente usque in fine de eredes domni radeghisi, sunt inde passi nonaginta quatuor, et abinde rebolbente in pars septemtrionis contra ipsa padule inde sunt passi nonaginta quatuor: a pars septemtrionis fine ipsa padule qui pertinet ipsius ecclesie, inde sunt passi usque ipsa priore fine centum septuaginta quatuor: totum mensuratum ad iusto passum ominum per iste finis et mensurie, sicut dictum est, inclita medietate ipse abbas mihi et ipsius grimoaldi ad tenendum et laborandum traditum abuit usque decem anni completim, sicut ipsi brebri continunt, scripti brebri ipsi per mirandus notarius, et ibidem scripti roderisius in ipso brebem nostrum, et ipsum abbas, et iaquintus notarius, et dauferi notarius; et postea ipse grimoaldus ipsa sua parte de ipsa rebus, quod ille per supradictum brebem retinere debet ad laborandum, remisit illam had potestatem ipsius ecclesie, ad faciendum inde que boluerit. Modo autem, sicut dictum est, ego cum ipsum maio abbas exinde sum coniuntus ante subscripti idoneis ominibus, et ille per bona combenientia pro pars predicte ecclesie ad tenendum et laborandum tradidit mihi inclita quartam partem de ipsa terra cum arbustis infra supradicte finis et mensurie quod est in pars orientis, qui fuit sortione quod ipse grimoaldus retinuit; in tali ordine illum mihi tradidit, ut amodo et usque decem anni completim ad mea et de meis eredibus sint potestatis supradicta tradictio, quod ille modo mihi tradit, illa tenendi et dominandi, et fobee et omnis nostre utilitatis iusta rationem

ibidem faciamus, et temporibus suis illum potemus, propaginemus et, ubi meruerit, bites et arbores ibidem plantemus, et sic illum laboremus de super et de supter, sicut locus ipse meruerit, ut per omnis annum paread bonum laboratum; et per tempore de bindemie et de aire faciant ego et meos eredes scire ipsum abbatem vel pars ipsius ecclesie, ut ibidem dirigant missum suum, et nos per tempore ipso arbusto bindemiemus, et omnis binum quam inde exierit, inter nos illum dibidamus: pars ipsius ecclesie tolleret illum medietatem, et ego et meos eredes tollamus illum medietatem, et ipsa medietatem de ipso binum quod a pars ipsius ecclesie ebenerit, nos illum per omnis annum portare debeamus usque ad cellario ipsius ecclesie de ipso locum nucerie, ubi dicitur ad pariti, et mictamus illum in organeum quod pars ipsius ecclesie nobis adsingnant, ita ut nos ipsa organea perfecta conciemus, missum ipsius ecclesie, quod ibidem direxerit per ipse bindemie et aire, nos illum nutriemus secundum nostram possibilitatem et demus ei palmentateca et airateca, sicut consuetudo est; ad completim ipsi decem anni inclita supra tradictio rebertar ad pars ipsius ecclesie bona cultata, et nos licead inde exire cum omnis nostra causa mobilia que ibi abuerimus, et de que in ipsa rebus seminaberimus, demus inde terraticum ad pars ipsius ecclesie secundum consuetudine de ipso locum: similiter et ego et meos eredes nostre potestatis teneamus amodo et usque tribus anni completim alia quartam partem de ipsa terra cum arbustis infra ipse finis et mensurie, et omnia ad pars ipsius ecclesie inde adimpleamus, sicut superius legitur; et ad ipsi tribus anni completim ista quarta partem rebertar ad pars ipsius ecclesie, faciendum inde que boluerit, et potestatem abeant pars ipsius ecclesie per omnis annum nos perquirere pro faciendi laborare ipsa rebus, sicut inde obligati sumus; de qua per bona combenientia guadia mihi ipse abbas dedit, et mediatorem mihi posuit iaquintus diaconus et primicerius eundem ecclesie et filius gaudiosu; et per ipsa guadia *etc. Statuta mulcta viginti auri solidorum Constantini.* Verumtamen memoramus et ubi meruerit, ipsa rebus cludamus et clusam illam habeamus, et ego modo admisit ipsius abbati ipsum brebem, qui scriptum est per ipsum mirandus notarius, quod scripsi ego iaquintus notarius.

† Ego qui supra maio presbiter et abbas

† Ego ademari notarius me subscripsi

† Ego alderissi notarius me subscripsi.

DCCLXVI.

A. D. 1025.

Summarium:

† Anno tricesimo septimo principatus Guaimarii et septimo anno Guaimarii filii eius, mense Aprili, octava Indictione.

« Haec charta de eadem locatione, agit de qua antecedens; et est *memoratorium*, sive « declaratio Iohannis filii Stephani Calbenzo et Grimoaldi filii Stephani comitis, qua eodem « pacto iisdemque muneribus terram, de qua supra , in locationem accipiunt a Maione « abbate ecclesiae s. Maximi.

« Idem notarius Iaquintus hanc chartam exaravit.

« Adsunt firmae testium:

† Ego ademari notarius me subscripsi

† Ego alderissi notarius me subscripsi.

DCCLXVII.

A. D. 1025.

† In nomine domini tricesimo octabo anno principatus domni landolfi gloriosus princeps, et quartodecimo anno principatus domni pandolfi filii eius, mense aprelis, octaba indictione. Memoratorium factum a nobis petrus filius idem petri et iohannes genero eius filius idem iohanni, eo quod ante nobiliorum subscriptorum testium coniunximus nos in vonam conbenientiam cum domnus stefanus benerabilis abbas monasterii sancti benedicti, qui constructum esset dinoscitur intus civitatem abellini iusta ipsa porta, quam et pro firmam stabilitatem abentem secum gregorio preposito et berenardus advocatorem eiusdem sui monasterii; et ideo ordine conbenientie iusta legem dedit et tradidit nobis una pecia de rebus pertinentem eiusdem sui monasterii, quod abet in loco baneo, ad pastenandum ibidem nucillitum, sicut videtur esse infra ec finis et mensurie: de uno latere fine nostra et tanget modicum in fine iohanni, sunt passos octoginta duo: de subtano capite fine petri presbiteri, sunt passos viginti quatuor: de alia parte fine termiti, sunt passos sexa-

ginta ad passos iustos mensuratos ad brachia ominum ostensa. Infra omnes iamdicte finis et mensurie totam et integram ipsa pecia de rebus nobis dedit et tradidit, ut amodo et usque decem anni conpleti nostre sit potestatis, et de nostris eredibus illut tenere et dominare, et nucillitum ibidem pastinare, ut a predicti decem anni conpleti abeamus ibidem nucillitum pastinatum vonum et cultatum, et studiatum et clusum, ut dicat tertius et quartus omo, quod vonum sit ipso nucillitum pastinatum, et cultatum, et studiatum, et clusum; fruges bero, quod dominus exinde dederit usque in ipso constituto, tam de subtus quam et de super, nostre sit potestatis, faciendum exinde omnia quod voluerimus, sine contradictionem eius et de successoribus eius et partem sui monasterii aliqua requisitionem: a predicto constituto conpletum totum ipsum nucillitum infra supradicte finis et mensurie aput eum et successoribus eius et partem sui monasterii remittamus trasactibo nomine, abendum et faciendum omnia quod voluerit; tantum, si partem eiusdem monasterii voluerit illum colligere, liceat illum colligere, et si illum daturum abuerit ad colligendum, nulli ominibus illum dare debeat ad colligendum; set omni tempore nos et nostris eredibus debeamus illum tenere et dominare, et ipse nucelle salbe facere, et colligere, et sickare, et siccate ille inter nos dibidamus secundum consuetudo de ista terra est; et amodo et usque iamdicto constituto conpletum illut nobis non tollere, neque contraret, et iusta legem illum nobis da omnem ominem defensare et nullam sortiam nobis ibidem non faciam nec ipse, nec subcessoribus suis, nec omini sui, nec partem sui monasterii. De taliter nobis complendum omnia, sicut superius legitur, vona sua volumtatem guadia nobis dedit et mediatorem nobis posuit machenolfus filius cuidam rigandi oc tinore, ut si ech omnia, sicut superius legitur, ipse et successoribus et partem sui monasterii nobis et ad nostris eredibus non adimpleberit, viginti solidi aurei constantini nobis componere obligabit; verumtamen da septem anni usque ad ipsi decem anni conpleti de quante nucelle exinde collisserimus, damus exinde eorum, sicut consuetudo terre ipsius est. Ego Gualfus archisubdiaconus et notarius oc brebe scripsit et interfuit in abellino feliciter.

† Ego qui supra berenardus

† Ego iohannes presbiter et monachus

† ego imetancus.

DCCLXVIII.

A. D. 1025.

† In nomine domini tricesimo octabo anno principatus domni landolfi gloriosus princeps, et quartodecimo anno principatus domni paldolfi filii eius, mense aprelis, octaba indictione. Memoratorium factum a me petrus filius idem petri, eo quod ante nobiliorum subscriptorum testium coniunxi me in bona combenientia cum mauro filio cuidam bassi propter illa monimina, quod inter nos ad commune abemus; et ideo ordine conbenientie iuxta legem ego predictus petrus remisit adque commendabit eidem mauri ipsa iamdicta monimen quod inter nos ad commune abemus, que sunt cartule duobus et tribus brebi; una ex ipse cartule continebat, quomodo sadelfrit filius comprandi et guandelmari filius dominici emerat ipsa rebus de loco baneo in primo anno principatus domni nostri ursi de mense aprilis, per indictione nona, scripta ipsa cartula per raiemprandus notarius, et aliut continebat in ipsa cartula; alia ipsa cartula continebat, quomodo sadelgrimus filius guati et rodelgrimus filius domno lini benundederat sadelfrit omnibus rebus qui fuit tassiloni, quod abuerat in ipso loco baneo, scripta ipsa cartula per nandelchisi notarius adque subdiaconus in quarto anno principatus domni nostri atenolfi eximii principis, et secundo anno principatus domni landolfi filii eius, de mense septembrio per indictione septima. Insuper uno ex ipsi brebi continet, quomodo castelmanno, qui et cicere vocatur, dederat ad pastinandum vinea ciceri filio iohanni lauretani, scriptum ipsum brebem per gayderissi clericum adque notarium in anno tricesimo nono regnante domno constantino magno imperatore, et anno tertiodecimo principatus domni landolfi et anno nono principatus domni paldolfi filii eius, de mense aprelis per indictione decima. Alium brebem dibisionis scriptum erat in anno nonodecimo principatus domni paldolfi et primo anno principatus domni landolfi eximii principis, de mense ianuarius, quinta indictione, scriptum est per gayderissi subdiaconus et notarius: simulque et unum alium brebem similiter dibisionis est scriptum in anno vicesimo domni paldolfi gloriosus princeps, et secundo anno principatus domni landolfi eximii principis, de mense september, per indictione sexta, scriptum est per gayderissi subdiaconus et notarius, et de omnia, qualiter superius legitur, ipse supradictus mauru per supradicta conbenientia bona sua boluntatem guadia michi predictus petri dedit, et mediatorem inde michi posuit adelferi filius imetanci et mari cognato suo ac filio quondam ademari in oc ordine, ut omni tempore quandocumque no-

bis oporte et necesse fuerit michi predicto petri , vel ad meus heredes debeat ipse supradictus mauro et suos heredes ipsa predicta monimina illa nobis daret salbam, ut non fiat ipsa capsatam, set qualem illam nos ei dedimus, talem ipsa nobis remidtant, ut illam ad legem ostendere possamus; et si de hec omnia, quomodo superius legitur, nobis nostrisque heredibus ipse quam et suos heredes non adimpleberit, centum solidi aurei constantini nobis et ad nostris heredibus, vel cui istum brebem in manu paruerit, componere se obligabit, et cunta que prelegitur, complere nobis per invitis per supradicta guadia et iamdicto mediatore et pena obligata. Ego gualfus archisubdiaconus et notarius oc brebe scripsit et interfuit.

DCCLXIX.

A. D. 1025.

† In nomine domini tricesimo septimo hanno principatus domni nostri guaimari, et septimo anno domni guaimari eius filii, gloriosi principibus, mense magius, octaba indictione. memoratorium factum a me petrus filius quondam grimoaldi de nucerie, eo quod ante subscripti testes prestitit ego ingnelfreda abitator de locum nucerie decem auri tari boni; pro itaque guadia mihi dedit, et mediatore michi posuit petrus asfiliastro suo et filius alfani; et per ipsa guadia pro pars pingneris apposuit et obligavit se michi una pecia de terra cum aliquante plante de abellane que est in locum nucerie, ubi propio ermoaldu dicitur, per hec finis et mensurie: a septemtrionis fine domnica, inde sunt de latitudo passi decem et octo: a pars occidentis fine ominibus de floccanum et modicum pertange in rebus guiduni, inde sunt per longitudo passi quadraginta septem et medium: de super capite fine mari filii ciceri magistri qui est a pars meridie, sunt inde passi sidecim : a pars orientis fine balsami et de consortibus suis, indeque longitudo passi quadraginta septem, totum ad iusto passum hominis est mensuratum; ec vero pecia de terra per iamdicte finis et mensurie cum omnia infra se abentibus et cum bice de via sua inclitum illut ipse ingnelfreda michi apposuit, et obligavit cum ipsa monimen indeque pertinentes talim ordine, ut amodo et usque tres anni completi abeamus nos nostrisque heredibus inclita ipsa iamdicta pecia de terra, et omnis frudium vel quicquit inde exierit amodo usque ipso constitutum, totum illut nobis abeamus, faciendum inde omnia que voluerimus; ad completi vero ipso constitutum retderet michi meique heredibus, vel cui ipsum brebem in manum pa-

ruerit, alii decem auri tari boni de moneta pesanti, ut per caput et sine iuncta illis dare possamus. Et si in predicto constitutum ipsi decem auri tari michi meique heredibus non dederit, inclita ipsa rebus cum ipsa monimen indeque pertinentes, unde michi dedit ad abendum, securiter et firmiter eos abendum et dominandum, et omnia inde faciendum quod voluerimus, asque omnis contrarietate ipsius ingnelfrede et de eius eredes, aut cuiquam ominibus contrarietate vel requisitione; et per supradicta guadia obligavit se et suis filiis et heredes, ut si taliter omnia superscripta michi meique heredibus noluerint adinplere vel aliquit exinde contradixerit, per ipsa guadia componere michi meique heredibus, vel cui unc brebem in manu paruerit, decem auri solidos constantinos, et ipse mediatore obligavit se nobis ad pingnerandum exinde omnis causa sua legitimo et inlegitimo, alio sic similiter obligavit se ipse devitor ad ipsum mediatorem. Et unc brebem scripsi ego iohannes notarius.

† Ego hodelfrit

† Ego romoaldus.

DCCLXX.

A. D. 1025.

† In nomine domini anno tricesimo septimo principatus domni nostri guaimari, et septimo anno domni guaimari eius filii gloriosi principibus, mense iunius, hoctaba indictione. Clarefacimus nos ademari et adelferi germani filii quondam ademari amalfitano, qui sunt filii domni.......... et imperiali patricio amalfitanorum, quoniam per firma cartula venumdedit ipsius genitori nostri urso filio andre una pecia de terra cum vinea in locum felline finibus salernitanis per ec finis et mensurie: a pars meridie fine limite, inde passi per latitudo sedecim: a pars occidentis fine sicut medio refaneo discernit, inde passi quadraginta sex minus pedes duo: de super a parte septemtrionis fine sicut medio refaneo discernit, inde passi duodecim minus summisse unum: a parte orientis fine petri sicut termiti ficti sunt, inde passi triginta nobem minus palmum unum, et quasi in medium per trabersum sunt passi quadtuordecim, totum mensuratum ad iusto passum; per ipse finis et mensurie inclitum illut ipse genitor noster emit cum vice de via sua et cum tres monimina, que continet in ipsa cartula, ad faciendum exinde omnia quod boluerimus, sicut ipsa cartula continet que scribta est per iaquintus notarius roborata per maio et arechisi

et petrus notarii. Et congruum est nobis illut venumdare visantii filio quondam alfani, qui de tribus partibus abet coniunctum rebus sua cum ipsa pecia. Quapropterea nos iamdicti ademari et adelferi, sicut nobis congruum est, vone nostre bolumtatis ante subscripti testes per anc cartula venumdedimus adque ad semper abendum confirmavimus tivi suprascripti visantii inclita ipsa pecia de terra per iamdicte finis et mensurie, quod tribus partibus ad fine tua coniunctum est, cum omnia infra se abentibus et suis pertinentiis, et cum vice de via sua, et cum ipse tres scribtionibus que in ipsa cartula vindictionis declarate sunt, et cum ipsa cartula et cum omnia que continet, ad securiter et firmiter amodo et semper tu tuique eredibus illut abendum, dominandum, possidendum, omnia exinde faciendum quod bolueritis; et pro confirmandam et staviliscendam anc nostram vindictionem a presentis recepimus a te statutum pretium, i sunt auri tari triginta duo in omnis deliberatione, sicut inter nos combenit: finitoque pretium ipsum aput nos ea ratione, per vona combenientia guadia tivi dedimus et mediatore tivi posuimus guaiferi filius quondam maioni; et per ipsa guadia obligavimus nos et nostros eredes amodo et semper antistandum et defensandum tivi tuique eredibus inclita suprascripta nostra vindictione a pars genetrici nostre et da omnes homines omnique partibus. Et si taliter, ut dictum est, illut vobis non defensaverimus, et illut vel exinde vobis tollere aut contrare quesierimus, seu si quodcumque causationes vobis exinde preposuerimus et aliquit de omnia suprascripta contradixerimus, per vona combenientia componere obligavimus nos et nostris eredibus vobis vestrisque eredibus biginti auri solidos constantinos, et, sicut dictum est, vobis adimpleamus; quando autem per vos ipsis bolueritis exinde auctores esse, potestatem abeatis vice nostra in omnibus inde causare et finem facere, qualiter bolueritis, cum quale monimen et rationem inde abueritis. Nam, quando nos quesieritis inde auctores abere, remittite ad nostra potestate tota suprascripta monimina, que vobis dedimus, ad abendum nos illam usque dies triginta, et nos vel nostris eredibus illut vobis defensemus, sicut superius legitur, et per omnes vices monimina ipsa vobis retdamus, quale illam nobis dederitis, ad avendum nos illam omni tempore in predicta ratione per suprascripta obligata pena. Et taliter scribere rogavimus te dauferius notarius, actum salerno.

† Ego landenolfus

† Ego Petrus.

DCCLXXI.

A. D. 1025.

† In nomine domini tricesimo septimo hanno principatus domni nostri guaimarii, et septimo anno principatus domni guaimarii eius filii, gloriosi principibus, mense iulius, hoctaba indictione. Memoratorium factum a me petrus presbiter et cardenalis ecclesie vocavulum sancti maximi sitam intus salernitanam civitatem, eo quod ante presentia domni maioni beneravilis abbatis iamdicte ecclesie sancti maximi, et ibique adessent subscripti testes, per bona combenientia tradidi ego ad lavorandum adelferi filio maranci de nuceria una pecia de terra quod pars iamdicte ecclesie abet in ipso locum nuceria, ubi agella dicitur, que est cum arboribus vitatis, quem ego a pars ipsius ecclesie in beneficium teneo per hec finis et mensurie. A pars septemtrionis fine via puplica, que pergit ad ipse turri et ad ipsi pariti, sunt inde passi hoctoaginta duo: ab occidente fine, quomodo limite et sepe discernit, fine de heredes machenolfi, inde passi sexaginta: a meridie fine, quomodo poiu discernit, fine iamdicte ecclesie, inde passi sexaginta quadtuor, inde revolvente saliendo in pars meridie usque ipso limite inde passi quadtuor: iterum a parte meridie fine, quomodo predicto limite discernit, fine predicte ecclesie sancti maximi, inde passi viginti: ab oriente fine similiter ipsius ecclesie sancti maximi, inde passi hoctoaginta nobem, inde se reconiungit ad ipsa via puplica que est priore fine, totum ad iusto passum homini mensuratum. Hec vero rebus per iamdicte finis et mensurie cum vice de via sua inclitum illut ego illut ipsius adelferi tradidi, ut dictum est, per iussionem ipsius domni abbatis, tali tinore, ut amodo usque tredecim anni completi licead illum et eius heredes et homines, quod illis ibidem miserint, sue potestatis eos tenere et dominare, et fovee et omnis sue utilitatis iuxta rationem ibidem facere, et, ubi meruerit, illut cludere et clusum havere, sicut meruerit, et annualiter apto tempore de super et de de subtus illis eos lavorare et cultare iuxta consuetudinem ipsius loci, et, ubi meruerit, arbores et vites illis eos ibidem plantare et propaginare, sicut meruerit, quatenus proficiat et non dispereat, et ut annualiter bonum pareat lavoratum, et cultatum, et salvum factum amodo usque ipso constitutum, et omnis vinum, seu pomis quod inde exierint, pars ipsius ecclesie tollat inde medietatem, ille autem et eius eredes tollat eos similiter medietatem; et per tempore, quando meruerit, faciant illis scire pars ipsius ecclesie, ut dirigat ibidem missum suum ad recipiendum ipsa sua sortionem, et pars ipsius ecclesie adsignet ei vel ad eius eredes organeum da

vinum ad cellarium, quod pars ipsius ecclesie abet in ipso locum nucerie ad ipsi pariti, et illis debeant eum conciare et studiare, sicut meruerit, et reponat illum in ipso cellarium, et ipso vinum illuc portet salvum et in ipsum organeum illut mittat; et si noluerit pars ipsius ecclesie ipsum organeum et ipso vinum reponere in casa sua, vel de illius eredes, ille autem vel eius heredes illut ibidem reponat et annualiter salvum illut faciant, donec pars ipsius ecclesie illut inde tulerit, absque degeneratione et igne; missum vero, quod pars eiusdem ecclêsie ibidem direxerit ad procurandum per vindemie ipsa sua sortione, illis eum nutrire, sicut meruerit, et deant ei palmentatica et terraticum apto tempore iuxta consuetudo ipsius loci; ad completum ipsum constitutum inclita ipsa rebus operata et cultata et clusa, qualis meruerit, remittat ad pars ipsius ecclesie. Unde in eo hordine pro pars ipsius ecclesie per bona combenientia guadia michi ipse adelferi dedit et mediatorem michi posuit ricchardus filius iohanni, qui dicitur ermengarde de locum mallunii; et per ipsa guadia *etc. Statuta mulcta viginti auri solidorum Constantini.* Et hunc brebem scripsi ego iohannes clericus et notarius qui interfui.

† Ego iaquintus

† Ego iaquintus notarius me subscripsi.

DCCLXXII.

A. D. 1025.

† In nomine domini tricesimo septimo anno principatus domni nostri Guaimari, Et septimo anno principatus domni guaimarii eius filii, gloriosi principibus, mense agustus, octaba indictione. Memoratorium factum a me maio abbas ecclesie sancti maximi situm intus anc salernitanam civitatem, Eo quod ante subscripti ydoneis hominibus per conbenientiam tradidi costantini greci filio kalozuri presbiteri de rebus cum arbustis pertinentes ipsius ecclesie, quod abemus in locum nuceria, quod usque modo tenuit ad lavorandum ademari filius ursi, qui sine eredes defunctus est, et est rebus ipsa infra as fines. A pars septemtrionis fine sicut media aqua fluminaria discernit: de supter parte, quod est ab occidente, fine de eredes ermeperti, sicut limite et sabbuci et sepe discernit: de alia vero parte, quod est a meridie, fine terra ecclesia sancti biti, quomodo derictum exiet iusta ipsa ecclesia sancti viti, qui ora de puteum pertinentem de ipsa terra cessante ab ora de ipso puteum in ipsa pars meridie pedes duo ad manum homini mensuratum, et sic de-

rictum exientem usque ad fine ipsius ecclesie sancti viti, et inde rebolbente per ipsa fine in partibus septemtrionalis, sicut medio poiu et sabuci discernunt, et iterum rebolbente per ipsa fine sancti viti in partibus orientis, sicut limite discernit et exiente derictum per fine de eredes ipsius ermeperti et coniungente ad fine de eredes ermengardi, sicut aliquantum ibidem fundamentum de pariete antiquo discernit: A parte orientis fine de eredes audati, sicut sepe et sabuci et limite discernit et coniungente in ipso aquario quod est priore finem; de rebus ista infra iamdictas fines inclita medietate per alium brebem retinet a parte nostra ad laborandum, et ipsa alia medietate modo ei tradidimus una cum iohannes clericus ipsius ecclesie, qui illut in beneficium retinet cum bice de bia sua et cum palmentum fabritum, quod ibidem est, tali hordine, ut amodo et semper ad sua et de suis eredibus, natos nascentes, sint potestatis illut tenendum et dominandum, et fobee et omnis sue hutilitatis ibidem faciendum iusta rationem, et casa ibidem faciant, et ibidem residerent et abitarent ille et suos eredes, seu homines suos, et tota ipsa traditionem cum ipsis arbustis annualiter apto tempore lavorarent, hoc est scalciare et adimplere arbustis ipsis, et arare seu seminare, quale semente ibi meruerit, et, ubi meruerit, arbores et vites vel poma illut ibidem ponerent et surgerent, et propagines, ubi meruerit, traierent, et circoitum illut cluderent et clusum illut abeant, et sic tota ipsa traditione semper annualiter laborarent et cultarent et studiarent de super et de suptus, sicut locus ipse meruerit, ut proficiat et non dispereat, et bonum pareat lavoratum et cultatum, cura denique et vigilationem inde aberent et salbum illut faciant iusta rationem, et annualiter per vindemie scire faciant ipsum iohannes clericus, vel pars ipsius ecclesie, ut illuc dirigamus missum nostrum, vel per se ibi pergant ipse iohannes clericus seu pars ipsius ecclesie; et illis totis arbustis de ipsa traditionem suis temporibus vindemiarent et vinum ipsum ibidem ad palmentum procurarent, et poma, quas ibi fuerint, colligerent; et de omnis vinum et poma quam inde exierit, tollat ibique pars ipsius ecclesie medietatem, et illis medietatem, et ipsa medietas nostra de ipso vinum illis per annum reponant in ipsa casa, quam ibi fecerint, in organea nostra da vinum, que illorum ibique dederimus qui pro illis sint bona conciata et studiata, et faceret ipso vinum nostrum salbum, donec pars ipsius ecclesie illut inda tollat absque degenerationem et ignem; et, dum ipso vinum inde tulerimus per annum, ipsa organea sine detinentiam labare faciant, et, donec per annum illuc steterit pro ipsa vindemia missum vel pars ipsius ecclesie, illis eum notriret secundum suam possivilitatem iusta rationem et palmentatica ei daret, sicut consuetudo est; quicquit autem per annum ibi seminaberint, per annum totum illut sivi haberent, tantum terraticum inde darent ibique ad aream ad pars seu missum ipsius ecclesie quem scire fecerint, secundum

consuetudo ipsius locis. Et si forsitans pars ipsius ecclesie voluerit, tunc ipso vinum nostrum portarent per annum ad cellarium ipsius ecclesie, quod abemus in eodem loco ad pariti, et reponeret illut in organea indeque, ubi adiubare steterunt ad conciandum et studiandum per annum, et stetit pars ipsius ecclesie ipsa traditione semper eis defensare da omnes omines omnique partibus. Et quale tempore illut tenere et laborare noluerint, aut non potuerint, tunc inclita ipsa traditione cultata et studiata de bono arbustum vitatum et operatum et studiatum illut remitteret in pars ipsius ecclesie cum unum applictum de ipsa casa, quod ibi fecerint, clusum cohopertum bonum, et cum ipsum palmentum fabritum salbum et de super copertum, et cum ipsa organea, quam ibi abuerimus, salba et studiata, et licead illum et suos eredes seu omines suos inde exire cum omnia sua causa mobilia et pergant ubi voluerint, tamen stetit ut ipso palmentum amodo coperirent; unde in eo ordine per combenientiam guadia nobis ipse constantinus dedit, et mediatorem nobis posuit se ipsum per apposita omnis sua causa legitimo et inlegitimo, ut si taliter omnia suprascripta ille et suos eredes in partibus ipsius ecclesie non adimpleberint et aliquit inde contradixerint, per ipsa guadia componere obligavit se et suos eredes nobis, vel in pars ipsius ecclesie, biginti auri solidi constantini. Verumtamen, quando ipsa curte in pars ipsius ecclesie ammiserit tota cultata et circoitum clusa bona, illam remittere in pars ipsius aecclesie per iamdicta guadia et obligata pena. Quod scripsi ego myrandus notarius.

† Ego Iaquintus

† Ego iaquintus notarius me subscripsi.

DCCLXXIII.

A. D. 1025.

† In nomine domini anno tricesimo septimo principatus domni nostri guaimari, et septimo anno principatus domni guaimari eius filii, gloriosi principibus, mense agustus, octaba indictione. memoratorium factu a me dauferius presbiter et abbas ecclesia sancte marie pertinentem supradicto domno principi et iohanni comiti germano eius, eo quod ante subscripti testes, una mecum adexet iaquintus notarius advocatorem meum, tradidimus ligori filio quondam iohanni, et petri, et iohanni, et ursi, germani filii quondam petri, vice sua et vice amati et angeli germani sui, una clusuria de terra cum arbustu et pomis et aliquante quertie, quod pars iamdicte ecclesie abet in locum licinianum finibus saler-

nitane per finis et mensuras: de capite fine bia, qui discernit inter ec rebus et rebus ecclesie sancti eustasii subgecta et pertinentem predicte ecclesie sancte marie, inde sunt passi sexaginta: a parte orientis fine bia comune, inde sunt passi centum: de subtus a parte meridie fine media sepe; et ab inde rebolbente in pars meridie per media sepe et coniungente ad medio carbonario qui discernit a fine predicte ecclesie sancte marie, et ab inde rebolbente iusta ipso carbonario rectum in pars occidentis usque ad medio alio carbonario, qui discernit a fine de filii iohanni, inde sunt per latitudo passi triginta septem: a parte occidentis, qualiter salit per medio ipso carbonario et per media sepe et coniungit ad ipsa bia priore fine, inde sunt passi centum sexaginta sex, totum ad iusto passum homini mensuratum. Ideo, ut diximus, inclitum illut eorum tradidimus scepto inde a parte orientis erga ipsa sepe da meridie per mensuria per longitudo passi biginti et per latitudo passi quadtuordecim ad iusto passum: ista pecia per ista mensuria ad mea reservo potestate; nam illo aliut totum et inclitum illut eorum tradidimus tali ordine, ut amodo et omni tempore ad sua et de suis eredibus sint potestatem illut tenendum, et fobee et omnis sue utilitatis iusta rationem ibidem faciendum, et amodo ibidem residere et abitare, et amodo circoitum illut cludere et clusum illut abere, sicut meruerit, et amodo, ubi meruerit, pastenare arbores et vites et surgere; at completi autem decem anni totum illut surtum abere et perfectum arbustum, sicut meruerit, ut vonum pareat factum et clusum, et amodo per annum apto tempore, quando meruerit, arbustum ipsum suo tempore de super et de subter lavorare et cultare et propaginare, et, ubi meruerit, arbores et vites ibidem plantare, et surgere, et studiare, sicut meruerit, et sic per annum totum illut lavorare, et studiare, et cultare, sicut in ipso locum meruerit, ut per omnis annum totum vonum lavoratum et studiatum pareat, seum circoitum clusum vonum et salbum totum illut et ipsa poma per annum faciant et abeant, sicut meruerit; et amodo et semper annualiter per vindemie faciant scire pars ipsius ecclesie, ut missum nostrum illuc dirigamus, et illis et illorum heredes totum ipso arbustum suo tempore vindemiare, et, quando meruerit, poma inde per annum colligere, et omnis vinum exinde ibique ad palmentum et ipsa poma ibique illut inter nos dividamus in quinque sortis: nos tollamus inde tres sortis, et illis tollant inde due sortis de ipso vinum, ipsa poma, ut diximus, per annum colligere, et per medietatem ipsa poma inter nos dividamus; tantum ficum, qui ibi sunt, per annum colligere et seccare, sicut meruerit, et salbe medietatem ille nobis dare et palmentateca per annum nobis dare, et per annum tota rebus ipsa arare, et studiare, et seminare, et studiare, et recolligere, et faciant nos scire, ut missum nostrum illuc dirigamus, et omnis victum et lavorem exinde et de ortura quod ibidem fecerit, dividamus totum illut inter nos in tres

sortis: ego vel pars ipsius ecclesie tollamus inde una tertiam partem, et illis due sortis; missum nostrum, dum pro ipse vindemie et per ipse aire ibidem steterit, illis eum notrire secundum sua possibilitate, ipse quertie per annum colligere et salbe ille inter nos dividamus per medietatem: nos tollamus ille medietatem, et illis tollant illut medietatem. Et quale tempore illis, vel illorum heredes, da ipsi sex anni in antea de ac terra exierit aliiubi ad avitandum, aut si talem fecerit culpa, unde ceciderit, suprascripta rebus vona lavorata et cultata et clusa rebertas ad potestatem predicte nostre ecclesie, faciendum inde quod boluerit; sic tamen, ut si infra tres anni ibidem rebersi fuerit ad abitandum, vel ubi in gratia pervenerit de ipsa culpa, suprascripta rebus perveniant ad illorum potestatem, tenendum et lavorandum illut in suprascripto ordine, tantum ipsum annum si laboratum fuerit, tollamus inde ipsum annum ipso frudium; de qua per vona combenientia guadia mihi ipsi omnes suprascripti dederunt et mediatores michi posuerunt se ipsis; et per ipsa guadia *etc. Statuta mulcta viginti auri solidorum Constantini.* Et hunc brebem scripsi ego iohannes notarius.

† Ego ademari notarius me subscripsi

† Ego ademari notarius me subscripsi.

DCCLXXIV.

A. D. 1025.

† In nomine domini dei salvatoris ihesu christi imperante domno basilio magno imperatore sexagesimo sexto, sed et constantino frater eius magno imperatore, anno sexagesimo tertio, die septima mensis agusti, indictione nona [1]) neapoli. Certum est me aurilianum primicerium cognomento caballinum, filium quondam petri caballini, cum voluntate de rosa posteriora coniux mea havitatoribus in loco qui vocatur somma [2]) terri plagienie, a presenti die promtissima voluntate venumdedi et tradidi vobis sparano filio quondam auriliani de fontana, et sapatino filio quondam iohannis cognominabatur foliola, hoc est cognatis avitatoribus autem in suprascripto loco soma, idest integra una petia de terras meas constitutas vero in suprascripto loco soma, et nominatur ad illum torum, cum aspe-

[1]) Lege: *octava.*

[2]) *Somma, Summa,* ad radices Montis Vesuvii posita.

ctibus et introitum suum omnibusque ei pertinentibus, pertinente vero mihi per chartula commutationis mea, quas mihi exinde fecit domnum petrum humilem iunioris abbas monasterii sancti petri princeps apostolorum, qui et ponitur ad illa escica, cum cunctas sancta congregationis monacharum suprascripti sancti et benerabilis sui monasterii, quibus ipsa chartula comutationis mea hapud vos im presentis remansi, cum omnia que continet. Coherente sivi, de uno latere terra heredes quondam madee a materie, et de alio latere bia publica qui badit at monte, de uno capite terra vestra et de alio capite terra que vocatur de illi bascilii, quomodo aqua est finis. Unde nihil mihi exinde aliquod remansit, aud reservabi, nec in aliena cuiusque persona, quod absit, commisit aud iam committo potestatem, et a presenti die et deinceps a me vobis sit venumdatas et traditas, im vestra vestrisque heredibus sint potestate quidquid exinde facere volueritis, in omnibus liveram semper abeatis potestate; et neque a nobis suprascripto auriliano primicerio, cum volumtate suprascripta posteriora coniux mea, neque a meis heredibus, nec a nobis personis summissis nullo tempore numquam vos suprascripto sparano et iamdicto sapatino, hoc est cognatis aud heredes vestris, quod absit, abeatis exinde aliquando quacumque requisitione aud molestia, per nullum modum nec summissis personis a nunc et im perpetuis temporibus: insuper omni tempore ego meisque posteris vobis vestrisque heredibus exinde in omnibus antestare et defensare debeamus av omnis omines omnique personis, hostendentes vos et heredes vestris mihi meisque heredibus chartulam commutationis mea, quam superius aput vos remisit, ud supra legitur, et sic ego et heredes meis vobis vestrisque heredibus illos antestare et defensare deveamus av omnes omines omnique personis; pro eo quod im presenti accepi a vobis exinde idest auri tari decem et octo, quia ita nobis stetit. Si autem ego aud heredes meis quobis tempore contra hanc chartulam venditionis, ud supra legitur, venire presumserit et in aliquit offensi fuerimus per quobis modum aud summissis personis, tunc compono ego et heredes meis vobis vestrisque heredibus auri solidos nobem bytianteos et ec chartula, ud super legitur, sit firma scripta per me iohannem curialem atque absoluta per suprascripta indictione. † hoc signum manus supradicto auriliano primicerio cum voluntate suprascripta conius sua ego qui rogatus ab ea chartulam pro eis subscripsi et suprascriptos tari traditos bidi.

† Ego marinus filius domni iohannis testis subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† Ego iohannes filius domni fani testis subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† Ego petrus curialis testis subscripsi et suprascripti tari traditos bidi

† Ego iohannes curialis complevi et absolvi per indictione suprascripta nona. †

DCCLXXV.

A. D. 1025.

† In nomine domini anno tricesimo septimo principatus domni nostri guaimari, et octabo anno principatus domni guaimari eius filii, gloriosi principibus, mense september, nona indictione. memoratorium factum a nobis leo et amoru, germani filii quondam iohanni, clarefacimus ante os annos in partionem ad pastenandum tulimus da petrus clericus filius mundi de rebus sua de locum iobi a super duobus ribora per finis et mensurie et in illo hordine, sicut continet brebem quod de ipsa pastenatione continet, et postmodum ipsa terra cum vinea de ipsa pastenatione cum ipsum petrus clericus dividit et sortes inde compreensimus per finis et mensurie, sicut continet brebi de ipsa dibisione, que per partes inde firmati abemus et in ipso brebem continet, ut non aberemus potestatem ipsa nostra sortione de ipsa rebus dare aut venumdare, preter ipsius petri vel ad eius eredes ad iusto pretium, sicut ipsi brebi continet; modo autem fecimus inde scire ipsum petrus per constitutum, sicut ipsi brebi continunt, ut illut a nos emere; ille autem dixit, ut illut emere non bolere, et presens dedit nobis solutione ipsa nostra sortione de ipsa rebus dandum cui boluerimus, et omnia inde faciendum quod boluerimus, absque cuiuscunque contrarietate vel requisitione. Et per bona combenientia obligavit se ipse petrus clericus et suos eredès, ut si aliquando tempore nobiscum aut cum nostris eredibus, seum cum ille omo cui per nos rebus ipsa data fuerit, vel cum eius eredes, causare aut contendere presubserit per ipsa tingna, aut si quodcunque causationes inde nobis vel ad nostris eredibus presubserit, per ipsa combenientia componere obligavit se et suos eredes nobis et cui per nos datum paruerit, vel ad nostris eredibus, quinquaginta auri solidos constantinos, et semper taciti et bacui inde manere de tota ipsa tingna. Et hunc brebem scripsi ego iohannes notarius.

† Ego lando

† Ego alderissi notarius me subscripsi

† Ego ademari notarius me subscripsi.

DCCLXXVI.

A. D. 1025.

† In nomine domini tricesimo septimo anno principatus domni nostri guaimarii, et octabo anno principatus domni guaimari eius filii, gloriosi principibus, mense september, nona indictione. In sacratissimo salernitano palatio ante supradicta gloriosa potestate, astante ego ragemprandus iudex, causavit riso filius quondam achini cum maio presbiter et abba ecclesia sancti maximi, ut ille et serbi predicte ecclesie malo hordine introisset in rebus predicti risi de locis mairanu, forinu, monte betranu, arcelle, aunitu, et fobee in ipsis rebus fecisset, et arbores inde abscidisset, et frudium inde tulisset, et rebus ipsa ei contrasset: ipse abbas una cum petrus advocator predicte hecclesie respondit dicendum, ut in predictis locis et pertinentia de ipsis locis plures rebus pars predicte ecclesie sancti maximi abere et tenere, set nescire de quale ipse riso causaret. Unde inter eis iudicavi et utrisque illis guadiare feci, ut ipse riso cum pars predicte ecclesie sancti maximi pariter pergerent cum iudicem et notario super rebus ipsis, et ipse riso ipsius abbati vel ad pars predicte ecclesie monstraret rebus ipsis, unde superius causavid, et ipse riso plicaret se cum suis rationibus, et ipse abbas vel pars predicte ecclesie similiter plicaret se cum suis rationibus, et secundum legem inter se inde finem facerent. Unde per partes posuerunt mediatorem grimoaldus qui fuit bestararius supradicti domni principi, filius quondam ursi. Et taliter pro parte predicte ecclesie scribere fecimus te ademari notarius.

† Ego qui supra ragemprandus iudex.

DCCLXXVII.

A. D. 1025.

Quum charta huius anni variis in locis esset intersecta damus summarium. Sic textus incipit »

† In nomine domini dei salvatoris ihesu christi temporibus domni sergii gloriosi ducis

anno octabo decimo post eius recuperationem et secundo anno . . . . gloriosi ducis filii eius, die decima mensis nobembris, indictione octaba [1]) Amalfi.

« Divisio castaneti, sylvae et domorum in loco Citaria inter Iohannem de Iohanne, de « Leone, de Sergio, de Constantino comite de Penta comitissa, et Maurum filium Sergii « Sclinilli, Amalphitanos.

« *Finis textus* ».

Et hec chartula sit firma im perpetuum, et michi Penta uxor suprascripti Mauri. . . . . portionis certissime placet

† Ego leo filius urso sclinillo testis sum

† iohannes iattabecte testis est

† Ego iohannes filius constantini maniarrella testis sum

† Ego ursus scriba filius constantini curialis scripsi.

DCCLXXVIII.

A. D. 1025.

† In nomine domini tricesimo septimo anno principatus domni nostri guaimarii, et octavo anno principatus domni guaimarii eius filii, gloriosi principibus, mense nobember, nona indictione. Ideoque ego mauro subdiaconus filius pinnini subdiaconi, dum te puella nomine aldana filia petri ad meo te sociavi coniugio, tunc in alia die nubtiarum ante parentes et amicos nostros hostendi unc livellum scribtum a testibus roboratum secundum ritus ientis nostre langnobardorum, probterea nominate uxori mee trado tivi quartam partem de omnibus rebus meis stavile vel movile, idest de casis et intrinsecus casis, de bineis et terris, campis, silvis, pratis, pascuis, aquis finis et biis, de culta atque inculta, res movile atque inmoventibus, de servos et ancillas, de peculia magna et parba, seu quod est paternam vel maternamque substantia, seu et diebus vite mee parare et conquidere potuero, de totum tivi prefate uxori mee siat potestatem iusta legem, omnia exinde faciendum que tivi placuerit; et neque a me superius viro tuo, et neque a meis eredibus, neque a nullis quemquam hominibus aveatis exinde aliquando aliquam requisitionem, set semper

[1]) Lege: *nona*.

illut firmiter avere et possidere baleatis , et taliter scribsi ego romoaldo diaconus et notarius.

† Ego disidius clericus

† Ego romoaldus subdiaconus.

DCCLXXIX.

A. D. 1026.

† In nomine domini tricesimo septimo anno principatus domni nostri Guaimarii , Et octabo anno principatus domni guaimarii eius filii, gloriosis principibus, mense Ianuarius, nona indictione. Memoratorium factum a me iohannes filius quondam miri, Eo quod ante subscripti idoneis hominibus coniuntus sum cum domnus petrus clericus et abbas cappelle palatii filius quondam petri clerici . . . . . . et ostedimus per partes singulos brebes, qualiter iamdudum tradidit mihi ad tenendum et lavorandum et pastenandum una pecia de terra sua in loco nuceria, ubi ad munticellu dicitur, a suptus ecclesia sancti quirici que est per ec finis et mensurie: A parte meridie fine via publica , inde passi quadraginta septem: A parte occidentis fine sua de consortibus suis, inde passi centum sexaginta: A parte septemtrionis similiter fine illorum, inde passi triginta unum: A parte orientis fine illius et de eius consortes, et coniungente in ipsa via priore inde centum sexaginta, totum mensuratum ad iusto passum, ut usque tridecim anni illut totum aberemus factum abellanietum, sicut meruerit de tantos annos et locus ipse et iam costitutum . . . . ipsi brebri continunt preteriit' et ipso abellanietum non abuimus surtum secundum testum de ipsi brebri. Unde cepimus illum postulare una cum aliis vonis hominibus, ut nobis venignitatem inde facere, quia per legem debemus illius componere . . . . . solidos costantinos, qui continet ipsum brebem, et recolligere ipsa sua traditione; qui statim misericordia motus per colloquium de ipsi vonos homines remisi eidem domni abbati ipsum brebem et ipsa rebus que continet, ad faciendum quod voluerit, et sublassavit ipsa compositionem et omnem questionem inde. Et iterum sua volumtate modo tradidit nobis totum et inclitum ipso abellanietum infra iamdicte finis et mensurie, ut amodo et semper ego et meis eredibus, natos nascentes , totum illut nostre potestatis teneamus et dominemus , et fovee et omnis nostre utilitatis iusta rationem ibi faciamus , et alipergum vel casa ibi amodo faciamus , et homines ibidem ad residendum et ad lavorandum mittamus. Et ipso aliut qui est a fo-

ras ipsa mensuria in parte septemtrionis usque obsida de predicta obsida sancti quirici .... nostre potestatis teneamus et dominemus nos et homines, quod ibidem ad lavorandum miserimus, et fovee et omnis nostre utilitatis iusta rationem........... qui iam diximus, ubi est centum sexaginta passi amodo et omni tempore, ut iam diximus, cultemus et operemus inde centum quadraginta passi: tamen totum illut cludamus amodo, et clusum illut abeamus, et, ubi meruerit, abellane infra illut ibi pastenemus et surgamus, et totum illut lavoremus, et surgamus, et studiamus, sicut meruerit, vonum abellanietnm, ut semper in melius proficiad et non disperead, et per annum vonum paread aratum et lavoratum et cultatum, et unde meruerit clusum ipsi viginti alii passi qui sunt de ipsa mensuria, in simul teneamus illut cum ipso aliut qui diximus usque iamdicta obsida et in ipsi viginti passi infra ipse abellane que ibi sunt; similiter abellane, ubi meruerit, plantemus tempore apto, sicut meruerit, et ubi parutus sit, ut per tres vices abellane plantemus et studiemus vonum et non prendemus, non siamus inde eis culpavilis, set tantummodo de totum infra suprascripta mensuria per annos .... ipso abellanietum colligendi faciamus ipsum domnus abbas et eius eredes scire, ut ibi dirigad missum suum, qui stet ibi, usque per annum tote ipse abellane collexerimus, si voluerit ille, et usque dum ibidem steterit ille ipsum suum missum notriad, qualiter voluerit, et nos, ut diximus, ipse abellane colligamus et seckemus ibidem intus ipsa rebus in ipsum alipergum vel casa que ibi facimus, et abemus, et quante abellane inde colligimus, per medietatem ille ibique dividamus: missum eius medietatem, et nos medietatem. Illut a foras ipsa mensuria que diximus, similiter illut lavoremus et ad lavorandum demus, qualiter potuerimus, et quitquit frugium inde exierit per annum quercie vel alio frugium, nos illut colligamus et residiemus [1]) et per medietatem illut ibidem ad missum eius demus, medietatem nobis eos abeamus; et si quit per annum in suprascripta ipsa sua traditione, sive in ipsum abellanietum, sive in ipso alius seminamus, demus inde ibique ad missum eius terraticum secundum consuetudinem de ipso locum, missum eius qui diximus, donec per annum pro ipse abellane recipiendum, vel pro ipso alium frugium tollendum, vel pro ipso terraticum ibidem steterit, nos eum notriamus secundum nostram possivilitatem. Unde per combenientiam guadia mihi ipsum domnus abbas dedit et mediatorem mihi posuit grimoaldus comes filius quondam amizi; et per ipsa guadia *etc. Statuta mulcta viginti solidorum Constantini.* Tantum de illut da ipsi centum quadraginta passi, qui diximus in ipsa

---

[1]) *residiemus: Residiare,* vox vulgaris, coacervare. Deest in Du Cange.

pars septemtrionis usque ipsa obsida sancti quirici, quale tempore venerit homo qui illut comprendere ab eius parte boluerit, potestatem abead illut dare ad lavorandum, qualiter voluerit sine nostra contrarietatem. Et hunc brebem scripsi ego iohannes notarius qui interfui.

† Ego iohannes notarius me subscripsi

† Ego iaquintus notarius me subscripsi.

DCCLXXX.

A. D. 1026.

† In nomine domini anno tricesimo hoctabo principatus domni nostri guaimari, et octabo anno principatus domni guaimari eius filii, gloriosi principibus, mense martius, nona indictione. memoratorium factum a nobis petrus filius iohanni et stephanus filius iohanni pesanu, eo quod ante subscripti testes coniunti sumus cum ursu atrianense filio lirini de gucti, propter quod ante os (*annos*) nos nominati petrus et ipsum iohannes pesanum ad partionem ad pastenandum tulimus da ipsum leo de rebus sua in locum beteri ista parte flubio de beteri vinea et cannietum ibidem plantandum ibidem in illo hordine, sicut continunt brebi de ipsa pastenatione, et totum illut pastenatum et surtum abemus, sicut meruerit; proinde, ut diximus, modo sumus coniunti et statim, sicut utraque partes complacuit, dibidit ego illut in duas parte, unde ille compreensit inde in pars septemtrionis coniuntum ad fine sua et nobis tradidit pro ipsa pastenatione exinde in pars meridie a parte, ubi est muru de ipsa cibitate de beteri per finis et mensuras: de pede fine bia publica, sunt ab intro ipsa rebus rectum mensuratum passi sedecim et medium: a parte septemtrionis fine ipsa sua sortione, sicut terminatum est, inde sunt passi octuaginta: de capite fine ipsius ursi quod est ab oriente, inde sunt passi quadtuordecim: a pars meridie similiter fine sua qui est silba, inde sunt passi octuaginta et in medio loco per trabersum per latitudo passi sedecim, totum ad iusto passum homini inclitum illut per iamdicte finis et mensurie cum omnia infra se abentibus et suis pertinentiis et cum bice de bia ipsa, ad securiter et firmiter amodo et semper nos nominati petrus et stephanus et nostris eredibus illut abendum, dominandum, possidendum, et omnia exinde faciendum quod boluerimus, et semper ipse ursu et eius eredes illut nobis nostrisque eredibus defensare da omnes omines omnique partibus, cum bice de ipsa bia, et non illut nobis tollere aut contrare:

preter , si nos aut nostris eredibus ipsa nostra sortione de ipsa rebus datura aut vinditura abuerimus ipsius ursi vel ad eius eredes, illut venumdamus ad iusto pretium, que iuste adpretiatum, et faciamus inde illis scire per tertio constitutum usque diebus triginta sex : et si per ipsa constituta noluerit illut emere ad iusto pretium , tunc post ipsa constituta liceat nos illut dare cui boluerimus ; nam si ante ipsa constituta cuicunque illut dederimus absque illorum solutione , ut de nostra potestatem exe substractum , tunc sine pretium perveniant ad illorum potestatem. de qua per bona combenientia guadia nobis ipse ursu dedit, et mediatorem nobis posuit manso filius iohanni ingeniosum ; et per ipsa guadia *etc. Statuta mulcta viginti auri solidorum Constantini.* Et hunc brebem scripsi ego iohannes notarius.

† Ego ademari me subscripsi

† Ego petrus notarius me subscripsi.

DCCLXXXI.

A. D. 1026.

† In nomine domini tricesimo octabo anno principatus domni nostri Guaimari, Et octabo anno principatus domni guaimarii eius filii gloriosi principibus, mense magius, nona indictione. Memoratorium factu a me maio presbiter et abbas ecclesie sancti maximi , Eo quod ante subscripti ydoneis hominibus coniunctus sum cum iohanne granianense filio mastali et ostensum est per illum unum brebem continentem de vicesimo nono anno principatus domni nostri guaimarii et tertio anno principatus domni iohanni eius filio, de mense ianuarius prima indictione , et qualiter ego nominatus abbas ei tradideram inclita medietate de curte pertinentem ipsius aecclesie quod abet in locum angre, ubi proprio casamabile dicitur, actu nucerie, infra as fines et mensuras. A pars orientis fine ipsius ecclesie unde bia fuit, inde passi centum nonaginta quadtuor usque bia que modo se andat , et per ipsa bia abiente in pars meridie usque alia bia publica maiore , sunt inde passi quadraginta quinque: A parte meridie fine ipsa bia publica maiore que dicitur stabiana, sunt inde passi centum quadtuordecim: A parte occidentis rectum mensurati passi septuaginta unum , et abinde rebolbente in ipsa parte occidentis rectum , et exiente usque ad fine de heredes domni radelghisi , sunt inde passi nonaginta quadtuor , et abinde rebolbente in pars septemtrionis contra ipsa padule inde passi octuaginta quadtuor : A pars

septemtrionis fine ipsa padule pertinente ipsius ecclesie, indeque passi septuaginta quadtuor; de hec autem rebus infra predictas fines et mensuras inclita medietate in pars occidentis ei ad laborandum tradideram, seu et tradideram ei extra ipsas mensuras quantum plus potuerit intrare in ipsa padule ad laborandum usque ipsi decem anni conpleti sicut ipso brebem continet, scriptum per mirandus notarius rovoratum sufficienter; et cum ipsum brebem fuit lectum, tunc, sicut utraque parte conplacuit, tradidi ego ei de ipsa predicta rebus quod ei traditam abui in pars occidentis, videlicet incipiente da ipsa rebolta in pars occidentis rectum et exiente in fine domni radelghisi indeque abentem passi nonaginta quadtuor, et abinde rebolbente in parte septemtrionis contra ipsa padule sunt inde passi centum biginti usque ipsa padule, et per ipsa padule abet passos octuaginta quadtuor : a pars orientis fine ipsius ecclesie et inde passi centum biginti usque ipsa rebolta priore fine ad iusto passum omini mensuratum : istut denique per istas posteriores mensuras ei modo tradidi cum bice de bia sua. Tali hordine, ut amodo et semper ad sua et de suis eredibus natos nascentes sint potestatis illut tenendum et dominandum et omnis sue utilitatis ibi faciendum iusta rationem, et illut totum annualiter perfecte laboraret, scilicet arbustum ipsum qui ibi est potaret et propaginaret et araret, et per bacibum qui infra ista mensuria est, arbores et vites pastenaret de bono vitinio seu pomis, et illut totum annualiter cultaret et seminaret quale semente ibi meruerit, et sic illut per istas mensuras annualiter laboraret cultare et hoperaret de super et de supter, quatenus semper in melius proficiat et non dispereat, et bonum paread laboratum et cultatum, et sic certaret cum ipso bacibum qui est infra ipsas mensuras operando, ut amodo et usque decem anni conpleti perfectum arbustum seu pomis ibi abeant vitatum et studiatum bonum, quale de tantos annos, et licentiam abeat exire in ipsa padule extra ipsas mensuras laborandum vel pastenandum et seminandum quantum plus potuerint, et faciant ibi ortora, sicut meruerit tam extra ipsas mensuras, quam et intra ipsas mensuras, sicut plus potuerint, et studiet ipsum seminatum et ipsa ortora, sicut meruerit; et de omnis frudium et labores quam inde exierit, de totum daret per annum in pars ipsius ecclesie iusto terraticum et servitium secundum consuetudo de ipso locum. et per tempore de vindemie annualiter omni tempore faciant scire pars ipsius ecclesie, ut illuc dirigad missum suum, et illis totis arbustis indeque rationabiliter vindemiarent, et vinum ipsum ad palmentum procuraret, et omnis poma exinde suis temporibus colligeret et dividantur inter nos per medietatem: missum ipsius ecclesie tollad illut medietatem et illis medietatem, et ipsa medietate de vinum ipsius ecclesie illis portaret per annum ad cellarium ipsius ecclesie quod abemus in ipso locum nucerie, ubi dicitur ad pariti, et mittant

illut in organea que pars ipsius aecclesie eis ibique adsignaberint. Ita ut ipsa organea perfecta conciaret et studiaret per annum, et ipsum missum que pars ipsius ecclesie annualiter ibi direxerit, dum ibi steterit pro ipsa vindemia vel pro aire, illis eum notriret secundum suam possivilitatem, ut iustum fuerit, et deant ad ipsum missum ipsius ecclesie palmentaticum et terraticum sicut, consuetudo est, et stetimus ista posteriore traditione semper eis defensandum da omnes omines omnique partibus. Preter, quale tempore da ipsi decem anni in antea illut tenere et laborare noluerint aut non potuerint, tunc inclita ipsa posteriore traditionem, per iamdictas mensuras studiata et cultata de bonis arbustis vitatis seu pomis, remittant illut in pars ipsius ecclesie, et sic licead illum et suos eredes inde exire cum omnia sua causa mobilia quas ibi abuerint, et pergant ubi voluerint. Tantum, si vindederit, vel quomodocumque alienaberint rebus sua ubi abitant, qui est erga ipsa rebus ipsius ecclesie, tunc intrarent ad residendum semper in ipsa traditione de pars ipsius ecclesie que modo ei tradidimus, et ibi abitent, donec ipsa rebus tenuerit, et ipsa rebus quod restabit de ipso priore brebem, quod ei modo tradidimus, teneant illut, donec conpleantur ipsi decem anni de ipso priore brebem in omni hordinem, sicut ipso brebem continet. Unde in eo hordine per conbenientiam guadia mihi dedit ipse iohannes et mediatorem mihi posuit se ipsum, ut si taliter omnia suprascripta ille et suos eredes in pars ipsius ecclesie non adimpleberint et aliquit inde contradixerint, per ipsa guadia componere obligavit se ipse iohannes et suos eredes, natos nascentes, biginti auri solidos costantinos, et apposuit se et suos eredes ad pignorandum in pars ipsius ecclesie omnia sua causa legitimo et inlegitimo etiam et personas suas. Quod scripsi ego myrandus notarius, qui interfui.

† Ego landolfus

† Ego alderisi notarius me subscripsi.

DCCLXXXII.

A. D. 1026.

† In nomine domini tricesimo hoctabo anno principatus domni nostri guaimari, et octabo anno principatus domni guaimarii eius filio, gloriosi principibus, mense magius, nona indictione. Ideoque hego mulier nomine alferada filia quondam rocci qui sum uxore sesami filii quondam iohanni declaro, quoniam ipse sesamus viro meus per firma cartula modo benumdedit mulieri nomine tande filia quondam iohanni atrianensi, qui est uxor leoni filii

sergi mangnanarum due pecie de terra cum vinea de locum iovi quod ei pertinuit a parte supradicti rocci genitori meo per finis et mensuras; prima pecia qui est subtus via nostra commune qui pergit ad fontana ha parte occidentis fine leoni thio meus, sicut termiti ficti sunt, inde sunt passi triginta usque in ballone: de pede fine medio ipso ballone, inde sunt erga ipso ballone passi triginta sex: de capite per ipsa via sunt passi biginti octo. Ipsa halia pecia ibique a super ipsa via ha parte occidentis fine alia bia nostra commune, inde sunt passi triginta: de pede per ipsa priore via passi biginti tres: a parte orientis fine nostra, sicut terminatum est, inde sunt passi triginta quadtuor: de capite similiter fine mea et predicti viri mei, sicut termiti ficti sunt, inde sunt passi decem et octo et medium, totum mensuratum ad iusto passum hominum. ambe supradicte pecie per supradicte finis et mensuras cum vice de ipsa via et de ipsa fontana, sicut diximus, ipse vir meus benumdedit modo ipsius tande, ad faciendum inde quod boluerit, et in supradicta rebus mihi est pertinentes quartam partem per meum scriptum morgincap mihi emissu ab ipso viro meus, et congruum est mihi inclita ipsa quarta mea exinde, seu et undecumque ibidem mihi pertinet donare supradicte tande; het ideo ego iamdicta halferada, sicut mihi congruum est, mea bolumtate ante subscripti testes per hanc cartulam, per consensum et bolumtate de ipso viro meus, in cuius mundium me dico esse, dono tivi iamdicte tande ipsa quartam mea, seu et undecumque infra supradicta rebus mihi fuit et est pertinentes abere, funditus illut tivi donavit, et nullam infra hambo ipse pecie per ipsa mensuras mihi remansit, cum omnia infra se aventibus et suis pertinentiis et cum vice de ipsa via et de ipsa fontana, ad securiter et firmiter amodo et semper tu iamdicta tanda et tuos eredes illut abendum, possidendum, dominandum et omnia inde faciendum quod bolueritis; et pro hoc donum firmandum iusta lege launegilt a te inde recepit cammisa una, hastante ipso viro tuo, et per illius solutione quam et iusta lege et consuetudo vestre romanorum, finitoque launegilt ipsum aput nos, sicut inter nobis comvenit. de qua ego iamdicta alferada, una mecum ipse viro meus, unianimiter guadia tivi dedimus commune consensu, et mediatores tivi posuimus nos ipsis; et per ipsa guadia etc: *Statuta mulcta decem auri solidorum Constantini.* et taliter scribere rogavimus te rodelgrimus notarius actum salerno.

† Ego iohannes notarius me subscripsi

† Ego alderissi notarius me subscripsi.

DCCLXXXIII.

A. D. 1026.

† In nomine domini tricesimo hoctabo anno principatus domni nostri guaimari, et octabo anno domni guaimari eius filio, gloriosi principibus, mense iunius, nona indictione. Ideoque ego iohannes filius quondam petri, sicut mihi congruum est, mea bona boluntate, per anc cartulam ante subscripti idoneis hominibus donabit adque ad semper abendum confirmabit tibi iohanni filio quondam petri unum passum de latitudo de terra mea, quod abeo in locum frecdaria finibus salernitane, et de longitudo da ipsa rebus tua et usque in bia qui est a pars meridie, et donabit ego illut tibi da pars orientis erga fine polcari filii sergi raibulu, ad securiter et firmiter amodo et semper tu iamdictus iohannes et tuos eredes inclita supradicta mea donatione abendi, possidendi, dominandi, omnia exinde faciendi que bolueritis, asque omni mea et de meis eredibus contrarietatem vel requisitione. Unde pro confirmandam et stabiliscendam supradicta mea donatione, nunc a presentis iusta legem launegilt a te iamdictus iohannes exinde recepit mantellum unum in omnis deliberatione, sicut inter nos combenit. de qua per bona combenientia ego supradictus iohannes guadia tibi iamdicto dedit et mediatorem tibi posuit meipsum ; et per ipsa guadia obligo me et meos eredes amodo et semper antistandum et defensandum tibi tuique eredibus inclita supradicta mea donatione da omnes omines omnique partibus; quando autem tu et tuis eredibus de supradicta mea donatione per vos ipsis bolueritis inde esset auctorem et defensore, potestatem abeatis bice nostra, cum ista cartula et cum quale alia ratione que inde abere potueritis, in omnibus inde causare et finem facere, qualiter bolueritis; nam, quando me et meos eredes quesieritis exinde abere auctorem et defensore, ego autem et meos eredes illut vobis defensemus, sicut superius legitur. si autem, *etc. Sequitur consueta formula; statuta mulcta decem auri solidorum Constantini.* verumtamen memoramus et defensemus iterum illut tibi a pars uxori mee. Et taliter scribere rogabimus te iaquintus notarius actum salerno.

† Ego pando

† Ego iohannes notarius me subscripsi.

DCCLXXXIV.

A. D. 1026.

† In nomine domini tricesimo hoctabo anno principatus domni nostri guaimari, et octabo anno domni guaimari eius filio, gloriosi principibus, mense iulius, nona indictione. Memoratorium factu a nobis iaquintus comes filius quondam gaudoni iudici, et iohannes comes filius quondam petri, et landolfus comes et landemari germani filii quondam maraldi, et truppoaldus filius quondam gaidoni, tamen ego nominatus truppoaldus pro bice mea et pro bice petri germanus meus, eo quod ante presentia ragemprandi iudici et subscripti nobilibus coniunti sumus ad bona combenientia cum iaquintus et lando et disiio germani adque comiti filii quondam disidii comiti, et cum guaiferi et iaquintus germani filii quondam potefrit, et petrus comes filius areghisi, et cum dauferi filio quondam atenolfi, pro bice sua et pro bice adenolfi germano suo, propter ad dibidendum inter nos rebus que commune abemus in locum tusciano. Et statim, sicut inter nos combenit, nos toti suprascripti dibidimus ipsa rebus, sicut supter legitur, in quatuor sortis : una sorte fecimus esse a pars meridie pro quarta quod illorum pertinet erga bia plubica qui est, sicut dictum est, ipsa bia in pars meridie per ec finis et mensurie: a pars orientis derictum mensuratum da bia ipsa, qui est ad ipsa pars meridie in supra erga flubio tusciano usque in termite qui ibi fiximus, passi duocentos triginta quinque et medium, et in alio loco derictum mensuratum da predicta bia in super usque in alio termite passi duocentos tres, et iterum mensuratum illut in tertio loco da predicta bia in supra in alio termite passi centum octuaginta nobem, et da isto termite pergente derictum in partibus occidentis usque in media harca de lagu piczulo, et est longitudo ista sortione da medio flubio tusciano usque in media ipsa harca de ipso lagu, et nos iaquintus et iohannes et predicti fili maraldi et predictus truppoaldus pro bice mea et de ipso germanus meus adiunsimus in ista quarta sortione nostra de terra cum boffe da predicta bia in supto usque mare et da predicto flubio tusciano usque in media ipsa harca, et totum mensuratum fuit ad iusto passum hominum. de totum istut per iste finis et mensurie nos omnes suprascripti fecimus. . . . . sorte pro ipsa quarta et tribus sortionibus fecimus esse da completa ista mensuria in super in pars septemtrionis usqua badu qui est da lama, qui dicitur petri bassalla ubi ara federico sunt; unde ipsi iaquintus, et lando, et disiio et guaiferi, et iaquintus, et petrus, et dauferi compreenserunt ipsa quarta per supradicte finis et mensurie que superius legitur, et

ipse alie tribus sortionis da ipsa mensuria in super remisit in commune ad dibidendum illut in due sortis iusta ratione, una in meridie et alia in septemtrione, et reserbabimus duobus bie commune omni tempore inter nos et nostris eredibus da mare pergente bie ipse per ipsa quarta et per ipse tribus sortionis usque in bia, qui est a pars septemtrionis.; sic tamen, ut una de ipse bie siant illa qui modo est propinquo ipso tusciano et ipa halia bia habeamus da pars orientis ubi . . . . dicitur derictum saliente da mare usque in bia da septemtrionis, ut per ipse bie nos et nostris eredibus per partes cum nostre congruitatis ingrediamus et regrediamus. unde in eo hordine per bona combenientia guadia nobis ipsi iaquintus, et lando, et disiio, et ipsi filii potefrit, et petrus, et dauferi, tamen ipse dauferi pro bice sua et de ipso germano suo dederunt, et mediatorem nobis posuerunt alfanus comes filius quondam atenolfi comiti ; et per ipsa guadia obligaberunt se et suis eredibus, ut supradicte sortes, quod illis superius compreenserunt, remobere aut disrumpere quesierit, per ipsa guadia per bona combenientia componere obligaberunt se et suis eredibus nobis nostrisque eredibus tricentos auri solidos constantinos et supradicta sorte omni tempore permanead, sicut superius legitur, quod scripsi ego iaquintus notarius qui interfui.

† Ego qui supra ragemprandus iudex.

DCCLXXXV.

A. D. 1026.

Summarium :

† Tricesimo octavo anno principatus Guaimarii, et nono anno Guaimarii eius filii, mense Octobri, decima Indictione

« Conventio inter Iaquintum et Petrum filios quondam Petri ex una parte, et abbatem mo-
« nasterii Sanctae Sophiae de Salerno ex alia, pro terra in loco Marano, quam a dicto mo-
« nasterio tenebat Bysantius, ut nempe dicti fratres eam terram laborent et medietatem
« frugum dent singulis annis supradicto Raidolfo et Monasterio. »

Finis textus et subscriptiones testium »

Et hunc brebem scripsi ego ademari notarius que super et interfui.

† Ego romoaldus me subscripsi

† Ego ademari me subscripsi.

DCCLXXXVI.

A. D. 1026.

† In nomine domini tricesimo hoctabo anno principatus domni nostri guaimari, et nono anno domni guaimari eius filio, gloriosi principibus, mense nobember, undecima [1]) indictione. declaro ego gisolfus filius quondam guidoni, quoniam ante os annos ego et adeltruda uxore mea venumdedimus areghisi presbiteri filio quondam falconi, qui modo est abbas ecclesie. . . . . pertinentem de eredes radelgrimi iudici una pecia de terra bacua quod abuimus intus anc salernitanam cibitatem a suptus platea que pergit ad porta rotense, sicut eius cartula continet, qui scripta est per iaquintus notarius, in quo scriptum est ragemprandus iudex et alii, et remansit nobis a foras ipsa bindictione in pars septemtrionis aliquanta terrecella; modo autem, sicut mihi iamdicto gisolfi congruum est, mea bona boluntate, per anc cartulam ante subscripti testes donabit adque ad semper abendum confirmabi tibi iamdicto areghisi presbiteri et abbati . . . . terrecella que nobis remansit in ipsa pars septemtrionis, qui est inter ipsa vestra paratione et inter illum qui fuit guaiferi consobrino fratrem meum, et nullam mihi ibidem remansit inter illa et illa fine, set inclitum illut tibi donabi, ad securiter et firmiter amodo et semper tu iamdictus areghisi et tuos eredes inclita supradicta mea donatione abendi, possidendi, dominandi, omnia exinde faciendi que bolueritis, asque omni mea vel de meis eredibus contrarietatem vel requisitione. unde pro confirmandam et stabiliscendam supradicta mea donatione, nuc a presentis iusta legem launegilt a te iamdicto areghisi abbas recepit exinde mantellum unum in omnis deliberatione, sicut inter nos combenit. de qua per bona combenientia ego supradictus gisolfus guadia tibi iamdicto areghisi abbati dedi et mediatore tibi posui petrus filius areghisi; et per ipsa guadia obligo me et meos eredes amodo et semper antistandum et defensandum tibi tuique eredibus inclita supradicta mea donatione a pars uxori mee et da omnes omines omnique partibus; si autem, sicut dictum est, taliter illut nobis defensare non potuerimus, tuc, sicut in lex longnobardorum de donum et launegilt continet, adimpleamus et persolbamus vobis iustitia; quando autem vos de supradicta mea donatione per vos ipsis volueritis esset auctorem et defensore, potestatem abeatis vice nostra

[1]) Lege : *decima.*

in omnibus inde causare et finem facere, qualiter bolueritis. Et si taliter *etc*: *Statuta mulcta viginti auri solidorum Constantini*. Et per supradicta obligata pena hobligabit se ipse areghisi abbas et suos eredes, ut si me et meos eredes petrus filius areghisi adbiccerit de ipsa terra, quod antea tibi benumdedimus, ut non siatis nobis inde culpabilis, set solutis inde maneamus ab e nostra parte sine omni calumnie, quia sic inter nobis modo stetit; et, ut cartula ista in alis modis non siant trasmutata, due per uno tinore inde scribere fecimus: ista quod nostre potestatis retinemus, et alia tale inde emisimus ad vestra potestatem, et taliter scribere rogabimus te superius dictus iaquintus notarius actum salerno.

† Ego ademari me subscripsi

† Ego smaracdus me subscripsi.

DCCLXXXVII.

A. D. 1026.

† In nomine domini tricesimo hoctabo anno principatus domni nostri guaimari, et nono anno domni guaimari eius filio, gloriosi principibus, mense nobember, decima indictione. declaramus nos mulier nomine ermesenda filia ursi, qui fuit uxore truppoaldi clerici filii petri, et romoaldus clericus filius predicti truppoaldi et predicte ermesende, quoniam nobis iamdicti mater et filius pertinentem est abere terra cum casa frabita solarata intus anc salernitanam cibitatem a suptus platea qui pergit suptus ecclesia sancti maximi, et est per ec finis et mensurie: a pars meridie fine, sicut facie de pariete frabitum discernit, inde sunt pedes decem et octo: ab occidente fine anditum, inde sunt pedes undecim et summisse et uncie tres: a septemtrionis, sicut totum parietem de ista casa discernit, inde sunt pedes alii decem et octo: ab oriente sunt pedes alii undecim et summisse et uncie tres, et ab ipsa pars occidentis super ipso anditum abente mineaneum et scalella posita lingnitia de latitudo pedes duo et planta cum pollice, et de longitudo ipso mineaneum undecim pedes et summisse et uncie tres, et a foras supradicta mensure abentem unum sericidium in pars orientis et alium in pars occidentis cecidentem in ipso anditum de latitudo pedem unum et uncie tres: tota omnis supradicta mensuria mensurata fuit ad iusto pedem manum ominum. Modo autem, sicut nobis iamdicti mater et filius congruum est,

nostre bone boluntatis, per anc cartulam per absolutionem suprascripte gloriose potestatis, quem nobis dandum direxit per bisiniano sculdais ante presentia ragemprandi iudici et alii testes, secundum lex et consuetudo est gentis nostre romanorum, benumdedimus adque ad semper abendum confirmabimus tibi aldemari presbiteri et abbati ecclesia sancti gramatii inclita ipsa terra cum casa per supradicte finis et mensurie, qualiter superius legitur, ad securiter et firmiter amodo et semper tu iamdictus aldemari et tuos eredes supradicta nostra bindictio abendi, possidendi, dominandi, omnia exinde faciendi que bolueritis, asque omni nostra et de nostris eredibus contrarietatem vel requisitione. unde pro firmandam et stabiliscendam supradicta nostra bindictio, nuc a presentis recepimus a te iamdicto aldemari abbas statutum pretium, i sunt auri solidi de tari numerum biginti ana quattuor tari per solidos in omnis deliberatione, sicut inter nos combenit. de qua per bona combenientia nos iamdicti mater et filio commune consensum guadia tibi iamdicto aldemari abbati dedimus et mediatorem tibi posuimus iaquintus filius quondam maraldi; et per ipsa guadia obligabimus nos iamdicti mater et filio commune consensum et nostris eredibus amodo et semper antistandum et defensandum tibi tuique eredibus inclita supradicta nostra bindictione cum bice de ipso anditum a pars uxore meaque romoaldi et da omnes omines omnique partibus; quando autem tu et tuis eredibus de supradicta nostra bindictione per vos ipsis bolueritis esset auctorem et defonsore, potestatem abeatis vice nostra cum ista cartula et cum omnibus rationibus, que inde abere potueritis, in omnibus inde causare et finem facere, qualiter bolueritis; nam, quando nos et nostris eredibus quesieritis exinde abere auctorem et defensore, nos autem et nostris eredibus illum vobis defensemus, sicut superius legitur. Et si taliter *etc. Statuta mulcta quinquaginta auri solidorum constantinianorum.* Et taliter scribere rogabimus te iaquintus notarius actum salerno.

† Ego qui supra ragemprandus iudex.

DCCLXXXVIII.

A. D. 1026.

† In nomine domini tricesimo nono [1]) anno principatus domni guaimari, et nono anno principatus domni guaimari filii eius, gloriosi principibus, mense decembri, decima in-

---

[1]) Lege: *tricesimo octavo.*

dictione. Ideoque ego petrus presbiter filius falconi, heo quod intus civitate. . . . . . . ante subscripti testi testis bona etenim mea bolumtate per firma cartula tradidimus atque benumdedimus tibi guinardo qui . . . . meum in inclita medietatem de una clausuria de terra . . . . . . que ante os annos emtam habuit da stefanus . . . . ipsa cartula vestra continet, que abet finis et mensuria at passum iusto hominis mensurata: da orientis fine limite decernente et sepis edificata inter nos et ipsa binea de filio sikelfrit, et sunt passi quinquaginta : a pede fine ipsa rupa et fine nostra, et sunt passi triginta tres : da occidentis fine ipsa rupa, et sunt passi . . . . a capite fine quomodo sepis est edificata, et inde sunt passi triginta duo et coniunget se cum priore fine et est . . . . . . in locum qui dicitur palumbara finibus predicta cibitate; infra ipse finis et mensuria neque nobis nominati benditori, neque quarta uxoris nostre, neque at nostris heredibus,neque cuicumque ominibus nihil inde reserbabimus neque dicimus alicui remanere sortionem, set a funditus et trasactibo nomine inclita ipsa medietas de iamdicta clausuria de binea cum omnia intro se abentibus, et cum arboribus pomiferi et inpomiferi, et cum trasita et exita sua, tibi predicto guinardo tradidimus atque benumdedimus at semper habendum tu et tuis heredibus possidendum, dominandum, residendum, laborandum et frudiandum, et omnia inde faciendum quibus tibi nominati guinardi tuique heredibus placuerit, sine omni contrarietate nostra et de nostris heredibus aut quorumcumque hominum. Unde pro anc mea benditionem tibi stabiliscendum et unc testum cartule confirmandum , nunc in presente ego qui supra nominatus petrus presbiter recepi a te iamdicto guinardo germanum meum statutum pretium, idest biginti tari aurei boni in omni deliberatione, finita nostra benditio, sicut dictum est, quatenus a presentis dies habeatis et quicquit bolueritis faciatis. de quo repromittimus nos nominati benditori vestri, et obligamus nos et nostris eredibus tibi nominati guinardi, quam et at tuis heredibus, de supradicta nostra benditio, quod nos tibi benumdedimus, ab omnibus ominibus omnique partibus antistare et defendere; quit si minime potuerimus, aut si nos ipsi forsitans per quobis ingenio remobere aut dirrumpere seu retroare quesierimus, ante omnia questio nostra modis omnibus exinde bacua sit et supradictum pretium in duplum nos vobis componere obligamus, et quod aput bos remeliorata paruerit ec nostra benditio in qualiscumque labore vel edificio, sub estimatione pretii illut vobis restituamus , de colludio autem secundum legem nos vobis satisfaciamus : insuper ego qui supra nominatus petrus presbiter bona mea bolumtate guadia tibi guinardo germanum meum dedimus et mediatorem tibi posui lando filium adelferi , ut nos et nostris heredibus defendamus tibi et at tuis heredibus in inclita ipsa medietas de tota ipsa supradicta clausuria de terram cum binea, sicut superius declarata est, et per finis circum-

data a pars quarte uxori nostre, quam et da mundoaldis earum, seu et da omnes consortes nostros et da omnes omines omnique partibus; sin autem noluerimus vobis defendere omnia que superius legitur, sic obligamus nos et nostris heredibus at componendum vobis et at vestris heredibus biginti solidi aurei constantini, et per inbitis nos vobis adinpleamus omnia que superius legitur, et cartula nostre benditionis in suprascripta ratione firma permaneat. quam te petrus clericus atque notarius scribere rogabimus intus supradicta cibitate.

† Ego sigismundo diaconus

† Ego aimo diaconus.

DCCLXXXIX.

A. D. 1027.

† In nomine domini tricesimo hoctabo anno principatus domni nostri guaimari, et nono anno domni guaimari eius filio, gloriosi principibus, mense ianuarius, decima indictione. Memoratorium factu a nobis adelferi et guaiferi germanis adque comitibus filii quondam risandi, eo quod ante presentia ragemprandi iudici et aliis subscripti testes per bona combenientia ad tenendum et laborandum tradidimus iohanni filio quondam petri qui fuit benebentano inclita terra cum binea, quod abemus in locum uliaria finibus salernitane, quod nobis est pertinentem abere a pars ipsius risandi genitorem nostrum, et ipse risando qui fuit genitorem nostrum illut paratum abuit a pars archiepiscopii salernitani et a pars landoni comiti filii (*deest nomen*); ideo, sicut dictum est, tantum exinde nos ipsius iohanni tradidimus, quantum est ipsa terra cum binea, qualiter illa usque modo da nos retinuit bonizo cum filii sui ad laborandum, sic illam nos ipsius iohanni tradidimus in tali ordine, ut amodo et omni tempore natos nascente ad suam et de suis eredibus sint potestatis ipsa terra cum binea tenendi et dominandi, et fobee et omnis illorum utilitatis iusta ratione ibidem facere, et ibidem residere et abitare, et per omnis annum ipsa binea scalciare, propaginare, et quantum bacuum infra ipsa binea est, illum pastenare binea de bono bitineo, et per omnis annum ipsa binea potare et inpalare et . . . . bona et zappare, et sic illam laborare per omnis annum, ut bona paread laborata et cultata, ut proficiant et non dispereant, et, ubi meruerit, ipsa binea cludere et semper illam clusam abere; et per tempore de bindemie faciant nos iamdicti germani vel nostris eredibus exinde

scire, ut ibidem dirigamus missum nostrum, et ille et eredes ipsa binea bindemiare, et omnis binum et poma quam de ipsa rebus exierit, totum illum ibique ad palmentum inter nos dibidamus per medietatem : nos vel nostris eredibus tollamus illut medietatem, et ille vel eius eredes tolleret illut medietatem; et si nos vel nostris eredibus dederimus eorum ibidem organea da binum, illis per omnis annum ipsa organea conciare et studiare bona et micterent illam a suptus reditum ibique in ipsa rebus, et sic ipsa nostra sortione de ipso binum ibidem mictere et salbum illum facere, usque dum illum inde tulerimus asque degeneratione et ingne; et si non dederimus eorum ipsa organea que super legitur, ut ipsa nostra medietatem et ipso binum per omnis annum per bindemie illut inde tollamus, faciendum que boluerimus; missum nostrum, quam ibidem direxerimus per ipse bindemie, illis eum nutrire secundum illorum possibilitate et dare ei palmentateca, sicut meruerit, et potestatem abeamus nos et nostris eredibus per omnis annum ille vel eius eredes perquirere pro faciendi laborare et cultare ipsa terra cum binea, sicut superius illis inde obligati sunt. de qua per bona combenientia guadia nobis ipse iohannes dedit, et mediatores nobis posuit petrus filius ursi et mari filius amati presbiteri et dauferi filius offi qui fuit de acerni [1]); et per ipsa guadia obligavit se suoque eredes, ut si taliter omnia suprascripta per supradicto ordine nobis nostrisque eredibus non adimpleberit, vel de suprascripta aliquit contradisserit, per ipsa guadia per bona combenientia componere obligabit se ipse iohannes et suos eredes vobis vestrisque eredibus biginti auri solidi constantini, et omnia suprascripta nobis nostrisque eredibus adimplerent, sicut superius legitur; verumtamen memoramus insites et rubiole, qui ibidem sunt, per tempore ille colligere et seccare, et medietatem ille nobis dare et medietatem ille sibi abere, et quantum bacuum in ipsa clusa habet, totum ille et eius eredes illum pastenare binea de bono bitineo et illum surgere, sicut meruerit, per supradicta guadia et obligata pena, quod scripsi ego iaquintus notarius qui interfui.

† Ego qui supra ragemprandus iudex

† Ego Petrus

† Ego roffrit.

---

[1]) *Acernum*, pagus in Princ. Citer.

DCCXC.

A. D. 1027.

† In nomine domini tricesimo hoctabo anno principatus domni nostri guaimari, et nono anno domni guaimari eius filio, gloriosi principibus, mense februarius, decima indictione. Ante me ragemprandus iudex coniunti sunt iaquintus presbiter et primicerius filius quondam gaudiosi et riso filius ursi papacena, et, sicut inter illis combenit, ipse riso amisit modo ante me ipsius iaquinti presbiteri rebus de locum nucerie, quod ipse iaquintus ad tenendum et pastenandum et laborandum traditum abuit ipsius ursi quod ille in beneficium retinuit a pars ecclesie sancti maximi in ipso locum nuceria, ubi agella dicitur, et modo, sicut inter illis combenit, ipse riso admisit illum inclitum ad potestatem ipsius iaquinti, qui illum modo in beneficium retinet a pars ipsius ecclesie, ad securiter illut abendum amodo ipse iaquintus presbiter et pars ipsius ecclesie, et faciendum inde omnia que boluerit; et per bona combenientia sua boluntate guadia ipse riso ipsius iaquinti presbiteri dedit et mediatorem eis posuit seipsum ; et per ipsa guadia obligavit se et suos eredes, ut adducerent et remicterent ad potestatem ipsius iaquinti presbiteri vel de pars ipsius ecclesie ipsum brebem pastenatione et laborationis cum ea que continet, faciendum que boluerit; et si taliter omnia suprascripta per supradicto ordine ipse riso et eius eredes ipsius iaquinti presbiteri et predicte ecclesie non adimpleberit, et quesierit ipsa rebus per qualecumque ratione tenere et laborare, et ipsum brebem non amiserit, sicut supra legitur, per ipsa guadia componere obligavit se ipse riso et suos eredes ipsorum iaquinti presbiteri vel ad pars iamdicte ecclesie triginta auri constantini et tacitum inde manerent, et tacerent inde faciant illi ominibus et partibus, qui pro eius parte quodcumque causationis ad pars ipsius ecclesie emiserit de ipsa rebus, quod ille modo admisit ad pars predicte ecclesie. et pro parte ipsius ecclesie scribere fecimus te iaquintus notarius qui interfuisti.

† Ego qui supra ragemprandus iudex.

DCCXCI.

A. D. 1027.

† In nomine domini nono anno principatus domni nostri guaimari, et primo anno principatus domne gaytelgrime genitrice eius, gloriosis principibus, mense iunius, decima indictione. Memoratorium factu a nobis iohannes et lando germani filii petri ante subscripti testes per bona combenientia guadia nobis dedi iohannes filius ydem iohanni tali ordine . . . . legitima uxor abendum mulier nomine rodelaita . . . . et daret ei firmum scriptum morgincap, et quietam et pacificam vitam ea bibere, et bene eam abere et colere secundum suam possivilitatem . . . . ei non facere siquidem iniuste ei facere presumserit . . . . a nobis vel a nostris heredibus pulsatus fuerit seu da . . . . brebem iste in manum paruerit et evangelia para . . . . fuerit exinde ausus nobis iurare cum suis parentibus . . . . componere obligavit biginti auri solidi constantini et in antea per inbitis . . . . sicut dictum est; pignera vero que exinde pignerata . . . . iustitia. Seu et per ipsa guadia obligavit se, ut si . . . . et predicta sorore nostra bibente eum defuntas fuerit et filium vel filiam non reliquerit, quantum illis diebus de causa sua esse paruerit qui per eam non fuerit . . . . datum vel iudicatum, totum rebertat at nostram potestatem; quod si illut nobis retdere noluerit, decem auri solidos componere nobis se obligavit. Simulque et per ipsa guadia obligavit se, ut si eminentibus peccatum et predicta sorore nostra aput illum foras civitate vel castro de quo abitantes fuerit et per qualecumque generatione depredata fuerit et ista . . . . fuerit inbenta quantum pretium nos vel . . . . parte tertiam parte ille vero a sua parte . . . . maxima certamen et inquisitione at . . . . si eam inbenire et emere noluerit, decem auri solidi constantini . . . . et si taliter omnia suprascripta nobis non adinpleberit et aliquit inde contradixerit, per ipsa guadia obligavit se componere nobis nostrisque heredibus, et cui brebem istum in manum paruerit, biginti auri solidi constantini et omnia suprascripta nobis adimplere . . . . de omnes suprascripte guadia, quod nobis ipse iohannes dedi mediatorem nobis posui achino filio grimoaldi et. . . . . . presbiter filius amati. Et hunc brebem scripsi ego iaquintus notarius.

† Ego lanfreda presbiter

† Ego sico.

Eadem charta continet tradictionem morgencab ab eodem Iohanne factam Rodelaitae uxori suae die secunda nuptiarum, et ita sequitur ».

† In nomine domini nono anno principatus domni nostri guaimari, et primo anno principatus domne gaitelgrime genitrice eius, gloriosis principibus, mense iunius, decima indictione. Ydeoque ego iohannes filius ydem iohanni, dum michi te mulier nomine rodelaita filia petri at meo sociavi coniugio, tunc in alia die nuptiarum ante parentes et amicos nostros secundum ritus gentis nostre langobardorum per hunc scriptum morgincap trado atque confirmo tibi predicte uxori mee quartam enim parte de ex omnibus rebus substantiis meis, y sunt casis et intrinsecus casis, territorie, vineis, arbusta, quertieta, castanieta, campis, silbis, montibus quam et in planis, cultum vel incultum, mobile atque inmobile, servis vel ancillis meis, peculiis, ydest de omnia et in omnibus que nunc modo abeo, vel quod in antea undecumque seu quomodocumque parare aut conquidere potuerimus, sive quod est paterna vel materna substantia michi pertinet, vel pertinentes fuerit abere, de totum tibi predicte uxori mee quartam parte tradidi, sub ea quidem videlicet ratione, ut ab odiernum die at tua que supra uxori mee sint potestatem, faciendum exinde iusta legem omnia quod volueritis; set neque a me qui supra viro tuus, neque a nostris heredibus, neque a nullus quenquam hominibus abeatis exinde aliquando aliquam requisitionem, set in perpetuis temporibus securo nomine eos abere et possidere baleatis. Quod vero scriptum ystum morgincap yn eo hordine firmum et stavile permaneat. Quam enim te iaquintus notarius scribere rogabimus hactum salerno.

† Ego lanfreda presbiter.

† Ego sico.

DCCXCII.

A. D. 1027.

† In nomine domini nono anno principatus domni nostri guaimarii, et primo anno principatus domne gaitelgrime genetrice eius, gloriosi principes, mense iulius, decima indictione. Memoratorium factum a me radelghisi comes filius quondam adelferi, eo quod ante subscripti testes per bona conbenientia tradidit ad tenendum et gubernandum iohanni greci et molinator unum molinum meum pertinentem, quod abeo edificatum in flubio be-

teri; ideo ipso molinum conciatum et hedificatum cum mole nobe et cum omni ordine et pertinentia sua, et cum bocchale et canale, et cum husibus aquarum et coopertum bonum, quale modo perfectum macenant, cum due iscle mee pertinentem,in qua salicetum ibi sunt et abunt; una de ipse iscle est ibi in parte orientis, et ipsa halia est in parte occidentis, tali ordine, ut amodo et usque quadtuor anni conpleti ille et suos heredes ipso molinum sue potestatis tenere et dominare, et ipso molinum cotidie conciare, et custotire, et salbos facere, ut perfectum macenare possant, et quanta molitura exinde tollere et abere potuerit usque ipso constitutum, et prodem quod de ipse iscle tollere potuerit, totum illut sibi aberent, faciendum quod boluerit ; tantum, si ortora in ipse iscle annualiter fecerit, cotidie exinde nos bisitare et dare, et per omnes kalendas de circuli anni usque ipso constitutum atducerent intus hec cibes ad domus mea ana tres, focacie bone facte et codte, et ille nobis adsegnare, quam et per omnis annum ille et suos heredes dare mihi meique heredibus censum alium exinde ana septem auri tari voni pesanti, ut per caput badant, faciendum quod boluerimus , ad conpleti ipsi quadtuor anni ille et suos heredes remidtere ad potestate mea et de meis heredibus integrum ipso molinum cum mole nobe et bone , et cum omnis ferraturiis suis, et omnis ad ipso molinum pertinentibus, et cum reditum bonum factum a super ipso molinum , et cum ambe ipse iscle cum salicetum et conciatum bonum, qualiter molinum ipsum perfectum die noctuque macenare possant, faciendum quod boluerimus. Unde per vona conbenientia guadia mihi ipse iohannes dedit, et mediatores mihi posui seipsum et grimoaldus molinator, qui retinet molinum iohanni bestarari per apposita nobis ad pignerandum omnis illorum causa legitimo et inlegitimo et persona de ipsum iohannes molinator ; et per ipsa guadia *etc. Statuta mulcta triginta auri solidorum Constantini*. Et hunc brebem scripsi ego ciciro notarius qui interfui.

† Ego mirandus notarius me subscripsi

† Ego grimoaldus.

DCCXCIII.

A. D. 1027.

† In nomine domini nostri ihesu christi sexagesimo hoctabo anno imperio domni constantini [1]) sanctissimis imperatori nostro, mense agusto, decima indictione. Ideoque ego iohanne filius sevio de civitate melfi, dum in dei omnipotentis misericordia te quidem puella nomine dumnana filia mango de civitate melfi iam in meo sociavi coniugio, tuc in alia die nuptiarum nostrarum ante amicos et parentes nostros secundum ritus gentis nostre langovardorum per hunc videlicet libellum scriptum et a testibus rovaratum do atque trado tivi predicte uxori mee morgincahp, hoc est quartam partem ex omnibus rebus supstantiis meis stavilibus et movilibus, tam quod modo abeo, quam quod amodo et in antea diebus vite tue parare aut conquirere potuero undecumque, vel quomodocumque, idest casis, casilis, curtis et plateis, tam infra civitas quam et foris per villis, vineis, vinealis, territoriis, campis, silbis, pascuis, pratis, aquis, holibetis, et ceteris arboribus fructiferis atque infructiferis, cultum vel incultum, peculia manga et parba, aurum et argentum, de omnia et in omnibus, sicut prelegitur, tivi que supra uxori mee quartam partem dedit atque tradidit, in ea videlicet rationem, ut amodo et semper, secundum quomodo in edicti continet pagina, in tua que supra uxori mee sit potestatem; et neque a me qui supra iohanne viro tuo, neque ab eredibus meis, neque ab ullo quopiam hominem abeas aliquando aliquam requisitionem de supradicta mea traditionem, set perpetuis temporibus securiter et firmiter tu que supra uxor mea possideat, et quicquit exinde hordinaberit, in tua sit potestatem, et quam enim cartula morgincahp omni tempore firma et stavilis permaneat. Quam te urso diaconus et notarius scribere rogavimus, actum in predictam civitatem mense et indictione nominata.

† Ego maio iudex

† Ego sefando teste sum

† Ego sasso teste.

---

[1]) *Sexagesimo quinto anno* incribere debebat Notarius; sed post mortem Basilii, anni Constantini Imperatoris supputabantur iuxta successionem annorum Imperii Basilii.

DCCXCIV.

A. D. 1027.

† In nomine domini decimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosus princeps, mense nobember, undecima indictione. Memoratorium factu a nobis maghenolfus presbiter filius granati, et petrus diaconus filius iohanni, eo quod ante presentia domni maioni venerabili abbati ecclesia sancti maximi situm intus salernitanam cibitatem, et ibidem essent subscripti testes, per demandatione ipsius domni abbati pro pars ipsius ecclesie ad tenendum et laborandum et pastenandum tradidimus maranci presbiter filius petri de rebus pertinentem ipsius ecclesie, qui sunt pecie tres quod nos in beneficium retinemus a pars ipsius ecclesie; una est cum arbusto, et ipsa halia fuit abellanietum, et ipsa halia est castanietum. Ipsa pecia, qui est terra cum arbusto bitatum, per ec finis et mensuria: a septemtrionis fine bia hantica, inde passi biginti: a parte occidentis fine rebus ipsius ecclesie, inde passi triginta et inde termini discernit: a pars meridie fine plaiu ipsius ecclesie, inde passi triginta duo: ab oriente sicut limite discernit, inde passi sidecim, et rebolbente per limite erga ipsa bia qui pergit ad fontana passi undecim, et rebolbente in pars septemtrionis per termini passi biginti, et rebolbente in occidente per termini passi quinque, et rebolbente in pars septemtrionis per termini et coniungente in priore fine passi biginti; tamen memoramus, quia tota ipsa rebus que nos ei tradidimus, est in locum muntoru finibus salernitane. Ipsa halia pecia qui fuit abellanientum, est infra ec finis et mensurie: a meridie fine bia, inde passi tridecim et medium: a pars orientis fine ipsius ecclesie, inde passi sexaginta: a septemtrionis fine ipsius ecclesie, inde passi biginti septem: ab occidente fine ipsius ecclesie, inde passi sexaginta duo. Ipsa halia pecia qui est castanietum, a pars orientis fine ipsius ecclesie, inde passi biginti septem: a septemtrionis fine ripa de ribus qui dicitur siccu, rectum mensuratum erga ipsa ripa passi quadraginta quatuor: ab occidente fine ipsius ecclesie, inde passi biginti duo: a meridie fine ipsius ecclesie passi quadraginta quatuor: tota supradicta mensuria mensurata fuit ad iusto passum ominum, in tali ordine nos illut ei tradidimus, ut amodo et semper ille et eius eredes inclita supradicta tradictio sue potestatis tenere et dominare, et fobee et omnis illorum utilitatis iusta ratione ibidem facere, et ipso arbustu, qui modo ibidem est, per omnis annum illum propaginare, potare, et, ubi meruerit, arbores et biti ibidem plantare, et sic illum per omnis annum laborare de super et de supter, sicut locus ipse meruerit, ut

bene paread laboratum et cultatum ; et ipsa pecia qui fuit abellanietum , que superius dictum est, si ibi abuerit de ipso abellanietum, illis illum inde abscidere et pastenarent illis ibidem arbusto de bono bitineo ; et ipsa pecia, qui est castanietum, per supradicta mensuria pastenarent illum abellanietum, et tota et inclita suprascripta tradictio illis surgere, et operare, et cultare que illis pastenare debuerit; et amodo et usque nobem anni completi inde illum quod pastenare debuerit, quodcumque frudium inde tollere potuerit, totum illorum sint potestatis, et nullam inde nobis dare vel ad pars ipsius ecclesie, et quantum frudium da ipsi nobem anni in antea exierit de illut quod illis pastenaberit usque duodecim anni, dum amodo se compleant, una tertiam partem inde nobis vel ad pars ipsius ecclesie dare, et due sortis inde sibi abere; ad completim ipsi duodecim anni, ut amodo se compleant, abeant illis in ambe ipse pecie per ipse mensurie arbustum et abellanietum factum, et operatum, et cultatum, sicut de tantos annos locus ipse meruerit, ut bene paread factos, et ab inde in antea omni tempore illut laborare de super et de supter, sicut locus ipse meruerit, ut bene paread factos, et ipsa frudia de illum quod illis pastenaberit, sic illut dibidere nobiscum vel cum pars ipsius ecclesie, sicut superius legitur, et ipso harbustu qui modo est, omnis frudium quod inde exierit de super, medietatem illum nobis vel ad pars ipsius ecclesie dare, et medietatem illum sibi abere, et que amodo in ipsa rebus seminaberit, darent inde nobis terraticum vel ad pars ipsius ecclesie de illum quod inde exierit, secundum consuetudine de ipso locum : tantum per omnis annum per bindemie faciant scire nos vel pars ipsius ecclesie, ut ibidem dirigamus missum nostrum, et ille et eius eredes ipsa harbusta et abellane et castanee, si ibidem sunt, ille colligere et seccare, et ipsa frudia nobiscum vel cum pars ipsius ecclesie dibidere per illa ratione que super legitur, et nos vel pars ipsius ecclesie demus ibidem eorum organea da binum, et per illis per omnis annum ipsa organea siad conciata bona, et sic ipsa sortione ipsius ecclesie ibidem mictere de ipso binum et salbum illum facere, usque dum illum inde tulerimus, asque degeneratione et ingne: missum vel ipsius ecclesie quod ibidem direxerimus pro ipsa frudia recipiendum, illis eum nutrire secundum illorum possibilitatem et dare nobis palmentateca, sicut meruerit; et si da completim ipsi duodecim anni in antea supradicta rebus tenere et laborare non boluerint, aut non potuerint, inclitum illum laboratum et cultatum bonum et clusu, cum ipsa organea quod nos ei dederimus, rebertar ad pars iamdicte ecclesie. Unde in eo hordine per bona combenientia pro pars predicte ecclesie guadia nobis ipse maranci presbiter dedi, et mediatorem nobis posui se ipsum per apposita illorum pingnera, quod est legitimo et inlegitimo ; et per ipsa guadia obligabit se et suos eredes, ut si taliter omnia suprascripta per supradicto ordine nobis vel ad pars

ipsius ecclesie non adimpleberit, et de suprascripta aliquit contradixerit, per ipsa guadia componere obligavit se et suos eredes ad pars iamdicte ecclesie triginta auri solidos constantinos, quod scripsi ego iaquintus notarius.

† Ego ursu me subscripsi

† Ego smaracdus notarius me subscripsi

† Ego alderisi notarius me subscripsi.

DCCXCV.

A. D. 1027.

† In nomine domini decimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosus princeps, mense nobember, undecima indictione. Memoratorium factu a me iaquintus presbiter et primicerius et filius gaudiosi, eo quod ante presentia domni maioni venerabili abbati ecclesia sancti maximi situm intus salernitanam cibitatem, et ibique esset subscripti testes, per bona combenientia per demandatione ipsius domni abbati tradidi ego iohanni filio quondam petri ad tenendum, et laborandum, et pastenandum, et insitandum de rebus quod pars ipsius ecclesie abet in locum nucerie, ubi agella dicitur, qui sunt pecie due de arbusta, et ipsa halia pecia est abellanietum et castanietum uno teniente, quod ego in beneficium retineo a pars ipsius ecclesia sancti maximi, et est per ec finis et mensurie; una ex ipse pecie de terris cum arbustis a partibus orientis passi biginti quinque: a septemtrionis abet passi biginti unum: ab occidente passi triginta unum: a meridie passi sexaginta tres; ipsa halia pecia de terra cum arbusto a septemtrionis abet passi triginta duo: a parte occidentis passi sexaginta sex: a meridie passi triginta sex: ab orienti sunt passi sexaginta et de ex omni parte coniuntum est ad fine ipsius ecclesie; et ipsa pecia de terra qui est abellanietum, qui coniunta est cum ipso abellanietum est per ec mensurie: ab orienti abet passi quinquaginta duo: a septemtrionis passi biginti septem et medium passum: ab occidente passi quinquaginta: a meridie passi biginti duo et pedem unum et planta; ipsa halia pecia de terra cum castanietum per ec mensurie: ab occidente sunt passi centum triginta: a meridie sunt passi quadraginta quatuor modicum rebolbente passi octo, inde abiente per fine meridie passi quadraginta duo: ab orienti passi octuaginta octo: a septemtrionis passi triginta unum; inde descendente passi biginti unum et medium; rebolbente passi biginti octo; et iterum rebolbente passi decem et septem; et iterum abiente

passi triginta septem, et est de ex omni parte ista coniuntum ad fine ipsius ecclesie: tota omnis supradicta mensuria mensurata fuit ad passum qui singnatum est in columna marmorea de ecclesia sancti mathei de archiepiscopio salernitano. Ec bero rebus per supradicta mensuria inclitum illum ego ipsius iohanni per demandatione ipsius abbati tradidi in tali ordine, ut amodo et omni tempore ad sua et de suis eredibus sint potestatis rebus ipsa tenendum et dominandum, et fobee et omnis sue utilitatis iusta ratione ibidem facere, et ipsa arbusta per omnis annum illam potare, propaginare, scalciare, et, ubi meruerit, arbori et biti ibidem plantare, et, ubi meruerit, illum cludere et clusum illum abere, semper et per omnis annum illum laborare de super et de supter, sicut locus ipse meruerit, ut proficiant et non dispereant, et per omnis annum paread bonum laboratum, et ipso abellanietum per omnis annum illum studiare de suptu, sicut meruerit, et, ubi meruerit, abellane plantare, et, ubi meruerit, illum cludere, et ipso castanietum, quantum est ipso planu, illum pastenarent arbori et biti de bono bitineo; sic tamen, ut castanei qui modo ibidem sunt, non illis inde abscidere, set omni tempore illis salbi abere, et quantum est ipso plaiu, illum facere insitetum, et, ubi meruerit, illum cludere et clusum illum abere, et amodo ibidem residere et abitare: tantum per omnis annum per bindemie faciant scire me vel pars ipsius ecclesie, ut ibidem dirigamus missum nostrum, et ille et eius eredes ipsa harbusta amodo bindemiare, et omnis binum et poma quam inde exierit, totum illum ibique ad palmentum illis dibidere per medietatem: ego vel pars ipsius ecclesie tollamus illum medietatem, et illis medietatem, et ipsa sortione quod mihi vel ad pars ipsius ecclesie ebenerit de ipso binum, si boluerit ego vel pars ipsius ecclesie, illum portare ipso binum ad ipsi pariti, ubi abuerit pars ipsius ecclesie cellario, illis per omnis annum ipso binum quod est nostra medietatem, portare ad ipso cellario, et micterent illum in organea quod nos ei adsingnamus, et organea ipsa per omnis annum sia conciata bona, et sic ipsa sortione nostra de ipso binum ibidem mictere; et si ego vel pars ipsius ecclesie boluerimus ipsa nostra sortione de ipso binum ibidem reponere in ipsa rebus, demus nos ibidem eorum organea da binum, et illis adsingnare et dare mihi vel ad pars ipsius ecclesie ibidem coniuntum, ubi ille abitaberit, in ipsa rebus unum applictum de casa, et mictant ibidem ipsa organea et illam per omnis annum conciare et studiare, et sic ipsa sortione nostra de ipso binum ibidem mictere et salbum illum facere, usque dum illum inde tulerimus, asque degeneratione et ingne; et a quo binum exierit de ipso arbusto quod illis pastenare debuerit, medietatem illut mihi dare vel ad pars ipsius ecclesie, et medietatem illut sibi abere, castanee et insites et rubiole et abellane per tempore ille salbe facere, et ille colligere et seccare, et medietatem ille mihi vel ad pars ipsius ecclesie dare, et me-

dietatem ille sibi abere, et que in ipsa rebus seminaberit, darent inde mihi vel in pars ipsius ecclesie terraticum secundum consuetudine de ipso locum, missum nostrum quam ibidem direxerimus per ipse bindemie et per ipse aire et per aliis temporibus, pro recipiendum ipsa frudia, illis eum nutrire secundum illorum possibilitatem, et dare nobis palmentateca et airateca, sicut meruerit, et palmentum illis ibidem facere et abere; ad completim autem amodo decem anni abeant illum quod illis pastenare et insitare debet, arbustu et insitetum factum, et operatum, et cultatum, sicut de tantos annos locus ipse meruerit, ut bene paread factos, et ab inde in antea omni tempore illum laborare de super et de supter, sicut locus ipse meruerit, ut proficiant et non dispereant, et ipsa frudia mecum vel cum pars ipsius ecclesie dibidere per illa ratione, sicut superius legitur. de qua per bona combenientia pro pars predicte ecclesie guadia mihi ipse iohannes dedi et mediatores mihi posuit se ipsum et giczo filium stefani per apposita illorum pingnera legitima et inlegitima; et per ipsa guadia obligavit se et suos eredes, ut si taliter omnia suprascripta per supradicto ordine mihi vel ad pars ipsius ecclesie non adimpleberit et de suprascripta aliquit contradisserit, per ipsa guadia componere obligavit se et suos eredes ad pars iamdicte ecclesie biginti auri solidi constantini, quod scripsi ego iaquintus notarius: verumtamen memoramus et ipse abellane per omnis annum due sortis ego vel pars ipsius ecclesie ille tollamus secce, et illis tertiam, et ubi ipso binum de ipsa organea tulerimus, a presentis per omnes bices illis illam labare et studiare per supradicta guadia et obligata pena, quod subiunsi ego esdictus iaquintus notarius.

† Ego alderissi notarius me subscripsi

† Ego smaracdus notarius me subscripsi.

In fine chartae haec sequuntur verba:

Iohannes filius petri et giczo filius stefani de pariti de nucerie; ipso castanietum est latitudo passi centum et medium, et longitudo passi centum biginti sex et due parti.

DCCXCVI.

A. D. 1028.

† In nomine domini decimo anno principatus domni nostri guaimairi gloriosi principis, mense ianuarius, undecima indictione. Memoratorium factum a me petrus filio quondam ciceri, eo quod ante presentia ragemprandi iudici et alii subscripti idoneis hominibus coniun-

ctus sum cum iaquintus clericus germano meus et auria nepote nostra, filia quondam ciceri, qui fuit germanum nostrum, et cum ipsa auria adesse ademari notarius advocator eius, propter ad dividendum inter nos terra cum casa favrita solarata de intus hanc salernitanam civitatem, que fuit ciceri genitori et abio nostro que commune abeo cum ipsum iaquintus clericus et cum ipsa auria, qui est per latitudo pedes decem et summisse unum, et per longitudo pedes biginti duo et summisse, qui da pars meridie coniuncta est ad muro et da pars septemtrionis coniuncta est ad anditum nostrum commune. Unde ipse iaquintus clericus dividit ipsa terra cum casa et fecit inde tres sortis; una in pars septemtrionis coniuncta ad ipso anditum, alia in pars meridie coniuncta ad ipso muro, tertia autem sorte fecit in medium inter ambo ipse sortis. Iste tres sortis.......... siant omni tempore ad equale mensuria, tantum omni tempore ambe ipse sortis, ipsa mediana et ipsa a pars septemtrionis deant........... a parte occidentis per latitudo in omni loco pedes duo et summisse, et per longitudo a completa ipsa sortione da meridie usque ipso anditum commune, qui est in parte septemtrionis, communiter amba ipsa andita inter nos homni tempore abendum a terra et usque ipso astracum. Et de super ipso astracum similiter fecit de ipsa casa alie tres sortis. Una in parte meridie coniuncta ad predicto muro, alia in medium, tertia vero in parte septemtrionis, et ista sorte a parte septemtrionis semper abead de ipso mineaneum tres pedes per latitudo et per longitudo, quantum ipso mineaneum coniunctum est ad ipsa sorte, et ipse tres sortis omni tempore ad equale mensuria siant, et quantum restad de ipso mineaneum in parte septemtrionis dimisimus illut pro anditum commune. Similiter et dimisit anditum a parte occidentis per ambo ipse sortis a completa ipsa sorte da meridie usque ipso anditum commune, quod per ipso mineaneum dimisit per latitudo alii duos pedes et summisse; amba ipsa andita per solarium et mineaneo commune siant inter nos omni tempore ascendendum et descendendum semper nos toti et nostris eredibus per ipsa scala, qui modo in ipso anditum posita est, et ipsa sortione a meridie abead superfluum vicem et pertinentia quod nos habemus in predicto muro, et, sicut diximus, ipso anditum siant a parte occidentis per ambo ipse sortionis a terra et usque ipso astracum, et per ipso astracum similiter alium talem anditum; et si necessum fuerit, ut sortis ipse in alium menbrum levate fuerit, alium talem anditum semper siant per ambo ipse sortis, que supra diximus, ab ipso anditum qui est a parte septemtrionis, et usque ipsa sortione qui est a parte meridie, omni tempore anditum ipsum inter nos et nostris eredibus communiter abeamus ad ingrediendum et regrediendum. Et semper aqua pluviale, que discurserit de tectum de ipsa sortione mediana, discurrant in parte occidentis, et ille qui ipsa sortione compreenserint, sem-

per ponant et abeant canale in ipsa parte occidentis, ubi discurrant aqua ipsa iusta ratione, canalem ipsum super ipso anditum in altum positum et per longitudo canalem ipsum usque ad predictum anditum qui est a parte septemtrionis, et ipsa aqua semper cecidant in ipso anditum a parte septemtrionis: tota supradicta mensuria mensurata fuit ad talem pedem manum omini, quantum brebem istum in capite latus es pedem unum [1]). Unde ego iamdictus petrus prius conpreensit ipsa sortione mediana, qualiter superius illam fecit esse una sorte, et ipsa auria una cum ipso advocatorem suum conpreensit ipsa sorte a parte septemtrionis, qualiter superius dicta est, et ipsius iaquinti clerici remansit ipsa sorte da meridie, qualiter superius dicta est, et qualiter sortis ipse conpreensimus, sic pars partium illas per partes inter nos tradidimus, cum omnia intro se abentibus et omnibus ad se pertinentiis, et cum vice de ipsa andita, ad securiter et firmiter amodo et semper pars partium nos et nostris eredibus illut abendum, dominandum, possidendum, et unusquisque de sua sorte faciendum exinde omnia quod voluerit. Tatnum, si de ipse sortis per legem perdiderimus, unus alterum inde inter nos restauremus; tantum ego iamdictus petrus potestatem abeam tollere de ipso mineaneum qui est a pars septemtrionis, ipsa scala et ipse tabole de ipso mineanum. Unde in eo hordine per vona combenientia guadia mihi ipse iaquintus clericus et ipsa auria una cum predicto suum advocatorem dederunt, et mediatorem mihi posuerunt maio congnato meus filius quondam petri, et ipse petrus fuit filius sellicti clerici; et per ipsa guadia per partes obligaverunt se et suis eredibus omni tempore permanendum in suprascripta divisione, et per nullis modis querant illas removere aut contrare; et si taliter in suprascripta divisione omni tempore firmiter illis et illorum eredibus non permanserint et de suprascripta aliquid contradixerint, aut si super sortis ipse malo hordine ipse presunserit, vel removere quesierint illa pars qui ibidem permanere noluerint, componere obligaverunt se et suis filiis et eredibus mihi meique eredibus quinquaginta auri solidos constantinos et in suprascripta divisione omni tempore firmiter permaneamus nos et nostris eredibus, et hunc brebem scripsi ego ademari notarius qui interfuit.

† Ego qui supra ragemprandus iudex

† Ego iohannes notarius me subscripsi

† Ego superius ademari notarius.

---

[1]) Mensura huius chartae constat triginta et quinque centimetris.

DCCXCVII.

A. D. 1028.

† In nomine domini, decimo anno principatus domni nostri guaimari filii domni guaimari gloriosus princeps, mense ianuarius, undecima indictione. Ante me ragemprandus iudex coniunti sunt petrus filius iaquinti de correiano et mulier nomine cara, que fuit uxore ipsius iaquinti et est matrinea ipsius petri, una cum ipsa cara esset amato filio suo et filio predicti iaquinti, et ipse petrus filius fuit sice anteriore uxore ipsius iaquinti, et per ipsi mater et filius ostensum est unum scriptum ; et, dum illum relegere fecimus, continebad: in nomine domini anno tricesimo quarto principatus domni nostri guaimari, et quarto anno domni guaimari eius filii, gloriosi principibus, mense aprilis, quinta indictione. declaro ego iaquintus filius petri de correiano a mangna infirmitate esse deprensu, in lectulo meo iacente aduc recte loquente, cogitabi, ne subito die mortis mihi ebeniad, et rebus et causam meam iniudicatam relinquam, et palamfacio abere tres filii, unum nomine petrus que genuit in sicaita que fuit priore uxore mea, et ipsi alii qui sunt filii de ista uxore mea, que modo abeo nomine cara, unum de ex illi nomine amatulo et alium nomine risulo, similiter et abeo due filie de ista uxore mea nomine gemma et dibitia. In primis iudico et statuo, ut ipsa uxore mea tollant et abeant usumfructum super suum morgincap, de quantum per legem ei iudicare et relinquere potuero, in casis mee diebus bite sue residendum, et rebus mea frudiandum, et de ipso frudium faciendum omnia que boluerit; et si nubserint vel mortua fuerint, ipsum usumfructus perbeniant ad potestatem ad ipsa eredes meas, faciendum que boluerit; seu et palamfacio, quoniam ipsius petri filio meus dedit sortione de omnis mea hanimalia et de casa et de organea, postquam ei uxore dedi: ad ipse filie me iudico, ut dentur ipse tres filii mei vel eorum eredes ad ipsa filia mea, qui est infirma, si non maritaberit, diebus bite illius per omnis annum sex tertiaria de granum, et unum tertiario de legumen, et quatuor saume de binum mundum, et due de peziolum ad iusta sauma per bindemie et tractora conciata per annum, ubi illum reponant in casa, ubi abitaberint, per illis conciata et reposita, et dentur ei per annum pede de pingne bonum et quartariu de sale, et per omnes menses sauma de lingna, et de tertio in tertio annum dua pari de calzari, et dentur ei applictum de casa conciata, ubi abitare possant, et per tempore de generatione recipiant illam in casa mea intus anc cibitatem. Ipsa halia filia mea dentur ipsi filii mei, quando se maritaberit, caldara frexoria, catena, petine da linum; et relinquo ipsorum fi-

lie mee ana quinque solidi, et genca una, et uno asino abeant ipsi infantuli filii mei communiter cum ipse filie mee et uxore mea, et iudico pro mea hanima solidos sex quod relinquo ipsius uxori mee, et de ipsi solidi quod dare debent pro mea hanima, deant exinde ad ipsa filia mea infirma tari quatuor super ipso aliut, quod superius ei iudicabit, et relinquo ipsius case uxori mee solidos octo qui sunt propri eius, quod tulit de quarta sua, quod ei pertinuit da halio viro eius qui abuit ipse petrus filius meus, tollant ante sorte quarta qui fuit de genetrice eius. Ec omnia, sicut superius iudicabit, in manum illum commisit alexandri germani mei et ipsius care uxori mee, de qua ego superius dictus iaquintus obligo ipsa heredes meas, ut si aliquit de omnia, quod superius iudicabi et disposuit, aliquit exinde remobere aut contrare quesierint et, sicut dictum est, non adimpleberint, ad componendum siant obligati ipsa eredes meas componere ipsorum distributores meis, vel cui unc scriptum in manum paruerit, biginti auri solidi constantini, et, sicut superius legitur, firmiter permanerent; verumtamen memoramus, quoniam de ipso pretium ipsius care uxori mee datum inde abeo ad prode marie filia iohanni bocalupo de correianu tari quatuordecim, sicut ipso brebem continet, qui scriptum est per ademmari notarium, et per alium brebem datim exinde abeo disigi filio mari de ipso locum tari alii decem, scripto brebem ipsum per dauferi notarium, et duo alii brebri, quod illa prestabi de ipso pretium in suo nomine quod toti supradicti brebri fuerunt de ipso pretio suo, quod tulit de quarta sua de alio viro suo, et ipso pretium quod dare dixit ipsorum filie mee, sicut supra legitur, recolligant illut ipsi distributores mei, seu cui unc scriptum in manum paruerit, et deant illum ipsorum filie mee, faciendum que boluerint, et taliter scribere rogabimus te dauferius notarius, actum salerno. Ego mirandus notarius me subscripsi. Ego radeghisi notarius me subscripsi. Et cum fuit relectum supradictum scriptum, dixit ipse petrus falsum esset: ipsi mater et filio dixerunt beracem esset; unde inter eis iudicabit et utrisque illis guadiare fecit, ut ipse petrus parare sancta dei evbangelia, et ipsa mater et filio secundum legem ipsum scriptum adberarent, et ubi taliter illum adberaberint, tuc ipse petrus presens componat ipsorum mater et filio ipsi biginti solidi constantini, que ipso scriptum continet; unde ipsa mater et filio posuerunt mediatorem alexandro filio ciceri, et ipse petrus posuit ei mediatorem muscato filio predicti ciceri. Et pro parte ipsorum mater et filii scribere fecimus te iaquintus notarius.

† Ego qui supra ragemprandus iudex.

DCCXCVIII.

A. D. 1028.

† In nomine domini decimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosus princeps filius domni guaimari, mense magius, undecima indictione. Ideoque ego iaquintus comes filius quondam gaidoni, sicut mihi congruum est, mea bona boluntate per anc cartulam ante subscripti nobilibus venumdedi adque ad semper abendum confirmabi tibi stefani filio quondam iohanni una pecia de terra mea bacua, quod abeo intus anc salernitanam cibitatem propinquo ecclesia sancti salbatori, quod mihi pertinentem est abere a pars alferada uxore mea, et est per ec finis et mensuria: a pars occidentis fine anditum incipiente da termite, quod ibidem fictum est, et aliquantum prebaricante ipso termite in parte septemtrionis usque alium anditum, qui est suptus ipsa ecclesia, et est secus ipso anditum da pars occidentis pedes decem et nobem et summisse et uncie tres: a meridie fine mea, inde sunt pedes biginti quinque et summisse: ab orientis sunt pedes decem et nobem minus uncie due: a septemtrionis fine ipso anditum qui suptus ipsa ecclesia ducit, inde sunt pedes biginti quinque et summisse: tota supradicta mensuria mensurata fuit ad talem pedem manum homini, quantum ista cartula in capite lata est pedem unum [1]). Ec bero terra per supradicte finis et mensurie inclita illam tibi iamdicto stefani benumdedit, ad securiter et firmiter amodo et semper tu iamdictus stefanus et tuos eredes inclita supradicta mea bindictio abendi, possidendi, dominandi, omnia exinde faciendi quod bolueritis, asque omni mea vel de meis eredibus contrarietatem vel requisitionem; unde pro confirmandam et stabiliscendam vobis anc mea bindictio, nuc a presentis recepi a te iamdicto stefano emtore meum statutum pretium, i sunt auri solidi de tari boni numerum biginti quinque ana quatuor tari boni per solidum in omnis deliberatione, sicut inter nos combenit. de qua per bona combenientia ego supradictus iaquintus guadia tibi iamdicto stefani dedi, et mediatorem tibi posuit petrus comes nepotem meum filius quondam areghisi; et per ipsa guadia obligo me et meos eredes amodo et semper antistandum et defensandum tibi tuique eredibus inclita supradicta mea bindictio cum bice de ipsa handita usque in bia publica a pars ipsius uxori mee et da omnes omines omnique partibus; quando autem tu et

---

[1]) Mensura huius chartae constat triginta et tribus centimetris.

tuis eredibus de supradicta mea bindictione per vos ipsis bolueritis esset autorem et defensore, potestatem abeatis vice nostra, cum ista cartula et cum quale alia ratione que inde abere potueritis, in omnibus inde causare et finem facere, qualiter bolueritis; nam, quando me et meos eredes inde quesieritis exinde abere auctorem et defensore, ego autem et meos eredes illum vobis defensemus, sicut superius legitur; et si taliter omnia suprascripta tibi tuique eredibus vobis non adimpleberimus et aliquit de quantum superius legitur, remobere aut contrare quesierimus, aut si quodcumque caustationes inde vobis preposuerimus, per ipsa guadia per bona combenientia componere obligo me et meos eredes tibi iamdicto stefani tuique eredibus quinquaginta auri solidos constantinos et omnia suprascripta vobis adimpleamus, et questio et causatio nostra sint exinde tacita et bacua. verumtamen memoramus et ab ipsa pars meridie que posuit fine mea, tantum ibidem mihi remansit da facie de parietem de casa de eredes adelferi et usque in supradicta bindictione in omni locum pedes tres ad supradictum pedem, et da ipsi tres pedes in super illum vobis benumdedi usque ipso anditum, qui est suptus ipsa ecclesia per supradicta guadia et obligata pena, et da isti tres pedes, sicut dictum est, in super in pars septemtrionis usque ad ipso anditum qui est suptus ipsa ecclesia tibi iamdicto stefani illum benumdedi per supradicta mensuria, qualiter superius legitur, per supradicta guadia et obbligata pena, et ut cartula ista in aliis modis non siant trasmutata, due per uno tinore inde scripte sunt, ista quod tibi iamdicto stefani inde emisit, et alia tale inde retineo ad mea potestatem, et taliter scribere rogabimus te iaquintus notarius, actum salerno.

† Ego grimoalt

† Ego Petrus.

DCCXCIX.

A. D. 1028.

† In nomine domini decimo anno principatus domni nostri guaimarii filii domni guaimarii, glorioso princeps, mense agustus, undecima indictione. Memoratorium factu a me ursu, qui modo sum residentem in rebus imetanci comiti filii quondam imetanci, quod abet in locum uliaria, et filio quondam arechisi, eo quod ante subscripti idoneis hominibus tradidit mihi ipse predictus imetancus comes alia rebus sua in predictum locum uliaria finibus salernitane, ubi iam abet pastenatum arbores et vites, et est illut quod mihi

tradidit infra hec finis et mensuras : in capite de via qui discernit a curte maiore illius, ubi nuc residentem sum, inde passi triginta quadtuor : a pars occidentis fine sua, inde passi centum biginti sex : a pars orientis per ipso ballone sunt passi centum biginti sex : a parte meridie passi quinquaginta duo; alia pecia ibique coniunta a parte occidentis inde passi biginti : a parte meridie passi biginti octo : ab oriente passi decem et octo : a septemtrionis passi biginti quadtuor ex omni parte fine alia rebus sua, indeque totum mensuratum ad iusto passum hominum, ut amodo et semper ego et meis eredibus totum illut nostre potestatis teneamus et dominemus, et omnis nostre utilitatis iusta ratione ibi faciamus, et intus ipsa rebus alipergum faciamus, et ibidem resideamus nos, seu hominem quod ibidem ad residendum vel ad laborandum mittere boluerimus, et totum illut pastenemus arbores et vites de bono vitineo, sicut et quomodo meruerit, et salicetum pastenemus per ipsu ballone et poma, ubi meruerit, infra illut pastenemus, et unde meruerit, amodo illut cludamus, et semper illut clusum abeamus, et totum illut cludamus, ut ad conpleti duodecim anni, ut amodo se conpleant, abeamus illut totum surtum et operatum et cultatum, sicut de tantos annos et locus ipse meruerit, ut bonum pareat surtum, et operatum et cultatum, et in antea per omnis annum apto tempore illut potemus et propaginemus, et sic illut laboremus totum de super et de suptus, sicut meruerit, ut bonum pareat laboratum et cultatum et, ubi meruerit, clusu; et amodo et semper per omnis annum per tempore de vindemie faciamus illum scire, ut ibi beniant aut dirigant missum suum, et nos tota ipsa vindemia apto tempore vindemiemus et ad palmentum procuremus ibique, ubi nos avitamus; et quantum vinum inde exierit, per medietatem illud ibique dividamus: illorum demus illut medietatem, et nobis illut abeamus medietatem; poma qui ibi abuerint, per quicquit frugium per tempore illut colligamus, et medietatem illut eis demus, et medietatem illut nobis abeamus, ita ut de totum cura et vigilatione abeamus et salbum illut faciamus, et dividiamus ipsa frugia, ut predictum est; subtus ipsa rebus aremus per tempore et seminemus per omnis annum apto tempore, quale semente meruerit, et studiemus ipsi labori, sicut meruerit, et procuremus ibique ad area et faciamus ipsum comes vel eius eredes scire, ut ibi beniant aut dirigant missum suum, et nos toti labori ipsi tritulemus apto tempore et ipso victum conciemus, sicut meruerit, et quantum victum inde exierit, in tertia partem illut dividamus: ad illis vel ad illorum missum demus inde ibique inclita tertiam parte, et nobis inde abeamus inclite due sortis, faciendum quod boluerimus; illis sive missum illorum donec per annum suo tempore pro ipsa frugia recipiendum ibidem steterint, nos eos notriamus secundum nostra possivilitate et palmentateca per annum eis demus, sicut est consuetudo, hita et adsingent nobis organea da vinum ibique, et nos per annum, quando

meruerit, organea ipsa conciemus et studiemus bona, sicut meruerit, et reponamus intus ipsa casa vel reditum, ubi nos avitamus, intus ipsa rebus que diximus, et ipsa sortione illorum de ipso vinum ibi mittamus et salbum illut faciamus per omnis annum, donec illut inde tulerit absque degeneratione et ingne. De qua per convenientia guadia mihi ipse imetancus comes dedit et mediatorem mihi posuit iaquintus filius quondam iohanni; et per ipsa guadia *etc. Statuta mulcta triginta auri solidorum Constantini.* Et hunc brebem scripsi ego ademari notarius.

† Ego ademari notarius me subscripsi

† Ego iohannes notarius me subscripsi.

DCCC.

A. D. 1028.

† In nomine domini undecimo anno principatus domni nostri guaimari filii quondam domni guaimari gloriosi principibus, mense octuber, duodecima indictione. Memoratorium factum a me domnus musandus venerabilis abbas monasterii sancte sofie que sita est intus ec cibes salerno, una cum petrus advocator ipsius monasterii tradidit ego iohanni filio mauri de nucerie duobus pecie de terra cum arbustis de locum lanzara et alastatua dicitur que est intus curte maiore ipsius monasterii, et est illut unde ego ipsius iohanni tradidit quod pertinet ipsius iamdicti monasterii a quondam guaiferi filio guaiferi, qui ipso monasterio construxit per as fines et mensuras; ab occidente fine flubio qui dicitur saltera, qui per ipsa curte ipsius monasterii descendit et inde abet alveo ipsum flumen latitudo passi quinquaginta. Et a pars meridie fine ipsius monasterii, et inde sunt longitudo passi centum octo: de super capite qui est in pars orientis, fine via puplica maiore, et inde abet per ipsa via latitudo passi ipsa curte triginta sex minus gubito unum, et a sebtemtrionis similiter fine ipsius monasterii, et inde sunt longitudo usque ipso flubio passi centum duodecim. Alia ipsa pecia ibique coniuncta est in quo ipso monasterio cellario abet, et qui de ex omni parte fine ipsius monasterii intus ipsa curte maiore est per ec finis et mensurie: a sebtemtrionis fine via ipsius monasterii qui per ipsa curte descendit, et inde sunt longitudo passi sexaginta unum et medium, et ab occidente similiter fine ipsius monasterii, inde abet passi triginta sebtem. Et a pars meridie per eadem fine ipsius monasterii, sunt inde passi triginta unum. Et ab oriente fine ipso flubio qui intus per ipsa curte de-

scendit ipsius monasterii, et inde sunt passi sexaginta, totum ad iusto passum omini est mensuratum. De ec vero ambe supradicte pecie pertinentem ipsius monasterii cum omnia intro se abentibus et suis pertinentiis ego ipsius supradicto iohanni ad tenendum et lavorandum tradidit, In oc ordinem, ut amodo et semper tote et inclite supradictum est, ipsa tradictio ad sua et de suis eredibus sint potestate illut tenendum et lavorandum, et fobee et omnis sue utilitatis iusta rationem ille ibidem faciant. Et amodo et semper ibidem residere et abitare deveant, et illut cludant et clusum abeant, et tota supradicta est tradictio, que est terra cum arbustis vitatis per omnis annum abto tempore de super et de subtus illut lavorarent et operarent et cultarent vonum, et, ubi meruerit, arbores et vites ibidem plantarent, et propaginarent, et studiarent, et surgant illut, sicut meruerit vonum esse arbustum in ipso locum, ut per omnis annum perfectum pareat operatum et cultatum de super et de subter tota ipsa tradictio, quatenus annualiter proficiat et non dispereat et salbum illut faciant, sicut meruerit et iustum fuerit. Et per omnis annum per vindemie per abto tempore faciant me scire vel successores meos, ut ibidem dirigamus missum nostrum, et ille et eius eredes adiubarent ad conciandum organea da vinum, quod pars ipsius monasterii abet ad cellario nostro ibique in ipsa curte, et conciarent et studiarent vonum, sicut meruerit organeum ipsum, ubi ipsa medietate ipsius monasterii de ipsum vinum, quod ad ipsum evenerit, missum nostrum midtere debuerint et ordinarent ipso horganeum in ipsum cellario, sicut meruerit. Et ille et suos eredes per omnis annum bindemiarent tota supradicta est tradictio. Et pomam si abuerit, illa colligant. Et de omnis vinum et ipsa pomam exinde annualiter inclita medietate per omnis annum inde deant ad ipsum missum nostrum. Et reliqua ipsa medietate inde illis sivi abeant. Et ipsa medietate de ipso vinum predictum est ipsius monasterii per omnis annum, quod ab ipso missum nostrum evenerit, cum suo expendio illut portarent ad ipsum cellario ipsius monasterii et midtere illut in ipso horganeum quod illut conciaberint, ad faciendum pars predicti monasterii quod voluerint. Et de quod annualiter amodo et semper in predicta tradictione seminaberint, deant inde terraticum ad ipso missum ibique in ipsa rebus, secundum consuetudinem de ipso locum; et usque dum annualiter ipso missum pro ipsa vindemia ibi steterit, illut nutririent, sicut iustum fuerit secundum suam possivilitatem. Et per omnis annum palmentatica deant ad ipsum missum nostrum secundum consuetudinem de ipso locum. Unde in eo hordine per vona convenientia guadia nobis ipse iohannes dedit, et mediatorem nobis posuit iohannes filius venerardi abitatorem de ipso locum nucerie, ubi dicitur turricle; et per ipsa guadia obligavit se et suis filiis et eredes: preter, quale tempore ipsa tradictio in predictum ordinem illut tenere et lavorare non voluerint, et sic inde ad pars predicti monasterii adin-

plere, sicut supradictum est, tunc ille et eius eredes tota et inclita supradicta tradictio in iamdictum ordinem lavorata, et operata, et cultata, et clusa remidtant ad potestate predicti monasterii, ad faciendum exinde quod voluerimus. Et liceat illis inde exire cum omnis sua causa movilia et cum redita, quod ibidem abuerint. Quod si aliquit, de quod superius legitur, quesierint remobere aud contrare, tunc per ipsa guadia componere obligavit se et suis eredibus nobis vel ad nostris successoribus viginti auri solidos constantinos. Et unc brebem scripsi ego petrus clericus et notarius qui interfui.

† Ego ademari notarius me subscripsi

† Ego iohannes notarius me subscripsi.

DCCCI.

A. D. 1028.

† In nomine domini undecimo anno principatus domni nostri guaimari filio domni guaimari, gloriosi principibus, mense octuber, duodecima indictione. Memoratorium factum a me domnus musandus venerandus abbas monasterii sancte sofie, qui situm est intus ec cives salerno una cum petrus advocator ipsius monasterii per convenientia tradidit ego constantini grecum, filio kalaiuri presbiteri abitatore et commanente de nuceria, de una pecia de terra cum arbustis de locum campu-arbustum dicitur, et est illut unde ego ipsius constantini tradidit quod pertinet ipsius nostri monasterii a . . . . guaiferi qui ipso monasterio construxit per as fines et mensuras: a pars orientis fine . . . . . et inde abet per ipsa via longitudo passi sebtuaginta. Et a meridie fine ipsius monasterii nostri, et inde abet per latitudo passi quadraginta quadtuor. Et a pars occidentis similiter fine supradicti nostri monasterii, et inde sunt longitudo passi alii sebtuaginta. Et a sebtemtrionis fine iamdicti nostri monasterii, et inde sunt usque ipsa via priora fines per latitudo passi quadraginta quadtuor. Totum ad iusto passum omini est mensuratum. De ec vero predicta pecia de terra, quantum supradictum est, quod pertinet ipsius monasterii, sicut dictum est, illut ego ipsius constantini tradidit. In oc hordine, ut amodo et semper tota et inclita supradicta tradictio ad sua et de suis eredibus sint potestate tenendum et dominandum, et fovee et sue utilitatis iusta rationem ibidem faciant, et amodo et semper per circoitum illut cludant et semper illut clusum omni tempore abeant. Et tota ipsa tradictio, que est terra cum arbustis vitatis, per omnis annum abto tempore de super et de subtus illut lavorarent et operarent et cultarent vonum. Et, ubi meruerit, arbores et vites

ibidem illut plantarent, et propaginarent, et studiarent, et surgerent illut, sicut meruerit vonum esse arbustum in ipso locum, ut per omnis annum perfectum pareat operatum et cultatum de super et de subtus tota ipsa tradictio, quatenus annualiter proficiat et non dispereat, et salbum illut nobis faciant, sicut meruerit et iustum fuerit. Et per omnis annum per vindemie per abto tempore faciant ille et suis eredibus me scire vel successores meos, ut ibidem dirigamus missum nostrum. Et ille et suis eredibus adiubarent ad conciandum organea da vinum, quod pars ipsius nostri monasterii abemus ad cellario nostro, quod abemus in ipso locum nucerie ad ipsa curte maiore alastatua dicitur. Et conciarent et studiarent vonum, sicut meruerit, organeum ipsum ubi ipsa medietate de ipso vinum nostrum quod ab ipsum ad ipsum missum nostrum benerit, midtere illut debuerint. Et ordinarent ipso horganeum in ipsum cellarium nostrum, sicut meruerit, et ille et suis eredibus per omnis annum illut vindemiarent tota supradicta tradictio. Et pomam si abuerit, illa colligant, et per omnis annum de omnis vinum et pomam exinde annualiter inclita medietate per omnis annum inde deant ad ipsum missum nostrum, et reliqua medietate inde illis sibi abeant. Et ipsa medietate de ipso vinum predicti nostri monasterii, que ab illis ad ipsum missum nostrum benerit, per omnis annum cum suo expendio illut portarent ad ipsum cellarium ipsius nostri monasterii et midtant illut in ipso horganeum, quod illut conciaberint, ad faciendum exinde pars predicti nostri monasterii quod voluerimus. Et de quod annualiter amodo et semper in predicta tradictione illut seminaberint, deant inde terraticum ad ipsum missum nostrum ibique in ipsa rebus secundum consuetudinem de ipso locum. Et usque dum annualiter ipso missum nostrum pro ipsa vindemia ibi steterit, illut autem nutrirent, sicut iustum fuerit secumdum suam possivilitatem. Et per omnis annum palmentatica had ipso missum nostrum deant secumdum consuetudinem de ipso locum. Unde in eo hordine per convenientia guadia mihi supradictus constantinus grecus dedit, et mediatorem mihi posuit iohannes filius quondam verenardi abitatorem de ipso locum nucerie et dicitur turricle; et per ipsa guadia obligavit se ipse constantinus suis filiis et eredes: preter, quale tempore ipsa tradictio in predicto ordine tenere et lavorare non voluerint, et sic inde ad pars predicti nostri monasterii adimplere, sicut supradictum est, tunc ille et suis eredibus tota et inclita supradicta tradictio in iamdicto ordine lavorata, et operata, et cultata, et per circoitum clusa remidtant ad nostra potestate predicti nostri monasterii, ad faciendum quod voluerimus, et illis liceat inde exire cum omnis sua causa movilia. Quod si *etc. Statuta mulcta viginti auri solidorum constantinianorum.* Et unc brebem scripsi ego petrus clericus qui interfui.

† Ego petrus notarius me subscripsi.

DCCCII.

A. D. 1028.

† In nomine domini undecimo anno principatus domni nostri guaimari filio domni guaimari, gloriosi principibus, mense octuber, duodecima indictione. Memoratorium factum a me domnus musandus venerandus abbas monasterii sancte sofie, qui situm est intus ec cibes salerno, Eo quod ante subscripti testes per convenientia, una mecum adesset petrus advocator ipsius monasterii tradidit, ego rainaldi filio quondam iohanni, et maraldi, et maioni germani filii quondam stephani de nuceria, de una pecia de terra cum arbustis de locum lenzara in capite de curte maiore ipsius monasterii propinquo casa illorum, et est illut unde ego ipsorum tradidit quod pertinet ipsius monasterii a quondam guaiferi filio guaiferi, qui ipso monasterio construxit per as fines et mensuras: ab oriente fine de ipsa curte maiore ipsius monasterii, et inde abet latitudo passi triginta sex. Et a pars sebtemtrionis fine ipsius monasterii, et inde abet passi quadraginta unum et medium. Revolventem per eadem fine ipsius monasteri in pars meridie, et inde abet per ipsa revolta passi sebtem. Et iterum revolventem in pars occidentis similiter fine predicti monasterii, et inde sunt longitudo passi sexaginta quadtuor. Et a pars occidentis fine flubio, unde aqua per tempore decurrit, et inde abet per latitudo passi tridecim et palmum uno. Et a meridie fine ipsius monasterii, et inde sunt longitudo passi sexaginta sebtem et gubita tria, et ab inde revolventem in ipsa pars meridie per eadem fine ipsius monasterii nostri, et inde sunt per ipsa revolta passi decem et octo minus uno gubito. Et iterum ab inde revolventem in pars orientis similiter per eadem fine ipsius monasterii, et inde sunt usque ipsa priora fines passi triginta duo, totum ad iusto passum omini est mensuratum. Ec vero de supradicta pecia de terra, quod pertinet ipsius monasteri per supradicte finis et mensurie, sicut dictum est, illut ego ipsorum rainaldi et maraldi et maioni tradidit. In oc ordinem, ut amodo et semper tota et inclita supradicta tradictio ad illorum et de suis eredibus sint potestatis tenendum et dominandum, et fobee et omnis sue utilitatis iusta rationem illis ibidem faciant, et tota supradicta tradictio, que est terra cum arbustis vitatis, per omnis annum abto tempore de super et de subtus illis lavorarent et operarent et cultarent vonum, et ubi meruerit, arbores et vites ibidem plantarent, et pastenarent, et propaginarent, et studiarent et surgant illut, sicut meruerit, vonum esse arbustum in ipso locum, ut per omnis annum perfectum pareat operatum et cultatum de super et de subtus tota ipsa tradictio,

quatenus annualiter proficiat et non dispereant, et salbum illis nobis faciant, sicut meruerit et iustum fuerit, et da ipse revolte in subtus usque ipso predicto flubio, quod supradiximus, illis cludant et clusum illis abeant omni tempore; et per omnis annum per vindemie per abto tempore faciant illis et illorum eredibus me scire vel successores meos, ut ibidem dirigamus missum nostrum, et illis et illorum eredibus adiubarent ad conciandum organea da vinum, quod pars ipsius monasterii nostri abet ad cellario nostro quod abemus in ipsa curte maiore, et conciarent et studiarent vonum, sicut meruerit, organeum in ipsum cellarium, sicut meruerit, et illis vel illorum eredibus per omnis annum illis vindemiarent tota ipsa tradictio, et pomam si abuerit, illam colligant, et de omnis vinum et pomam exinde annualiter inclita medietate per omnis annum inde deant ad ipsum missum nostrum, et reliqua medietate inde illis abeant, et ipsa medietate de ipso vinum predicti nostri monasterii, que ab illis ad ipsum missum nostrum benerit, per omnis annum cum suo expendium illut portarent ad ipsum cellarium nostri monasterii et midtant illis in ipso horganeum, quod illis conciaberint, ad faciendum exinde pars predicti nostri monasterii quod voluerint; et de quod annualiter amodo et semper in predicta traditione seminaberint, deant inde terraticum ad ipsum missum nostrum ibique in ipsa rebus secundum consuetudinem de ipso locum; et usque dum annualiter ipso missum per ipsa vindemia ibidem steterit, illis autem nutrirent, sicut iustum fuerit secundum suam possivilitatem, et per omnis annum palmentatica ad ipso missum nostrum deant secundum consuetudinem de ipso locum. unde in eo hordine per convenientia guadia nobis ipsi rainaldi et maraldi et maioni dederunt, et mediatorem nobis posuerunt iohannes filius quondam venerardi de locum nucerie; et per ipsa guadia obligaverunt se et suis eredibus. preter quale tempore ipsa tradictio in predicto ordine illis tenere et lavorare non voluerint et sic inde in pars predicti nostri monasterii illis adinplere, sicut supradictum est, tunc illis et suis eredibus tota et inclita supradicta tradictio in iamdicto ordine lavorata et operata et cultata et da ipse revolte in subto in pars occidentis clusa remidtant ad potestate nostri monasterii, ad faciendum exinde quod voluerimus, et liceat illis inde exire cum omnis illorum causa movilia. quod si etc. *Statuta mulcta viginti auri solidorum Constantini.* verumtamen et oc recordamus, quia supradicta tradictio quod ego illorum tradidit ad tenendum et lavorandum, ipse rainaldo teneret medietatem, et ipsi germani similiter reliqua medietate omni tempore per supradicta guadia et obligata penam. et unc brebem scripsi ego petrus clericus et notarius qui interfui.

† Ego iohannes notarius me subscripsi

† Ego ademari notarius me subscripsi.

DCCCIII.

A. D. 1028.

† In nomine domini undecimo anno principatus domni nostri guaimari filio domni guaimari, gloriosi principibus, mense octuber, duodecima indictione. Memoratorium factum a me domnus musandus venerandus abbas monasterii sancte sofie, qui situm est intus ec cives salerno huna cum petrus advocator ipsius monasterii, Eo quod ante subscripti testes per convenientia tradidit ego leoni de nuceria filio quondam stephani de duobus pecie de terra cum arbustis; una pecia intus curte maiore ipsius monasterii, et alia pecia in locum flamminu dicitur, et est illut unde ego ipsius leoni tradidit, quod pertinet ipsius monasterii a quondam guaiferi filio guaiferi, qui ipso monasterio construxit; ipsa pecia de ipsa curte maiore, ubi alastatua dicitur, per as fines et mensuras: ab oriente fine ipsius monasterii nostri quod retinet iohannes et urso germani filii ursi ab ipso nostro monasterio, et inde sunt per longitudo passi nonaginta unum et palmi tres; et a sebtemtrionis similiter fine ipsius monasterii nostri, et inde sunt usque ipso flubio latitudo passi sidecim; et ab occidente similiter fine supradicti nostri monasterii, et inde abet per ipso albeo de ipso flubio per longitudo passi octuaginta; et a pars meridie similiter fine predicti nostri monasterio, et inde sunt passi viginti quadtuor. Et ipsa supradicta pecia cum arbustis de predictum locum flamminum per finis et mensuras: ab occidente fine ipso flubio, et inde sunt passi triginta unum; et a pars meridie fine iamdicti nostri monasterii, et inde sunt passi quinquaginta. Revolventem in pars orientis sunt inde per ipsa revolta passi triginta nobem. Et abinde revolventem in pars septemtrionis et inde sunt per ipsa revolta passi sidecim minus gubito uno. Et iterum abinde revolventem in pars orientis et inde sunt longitudo passi quinquaginta tres et gubito uno et uno palmum, et abinde revolventem in pars meridie sunt inde passi sidecim minus uno gubito. Et iterum revolventem in pars orientis et inde sunt passi decem et sebtem. Et abinde revolventem in pars sebtemtrionis et inde sunt per longitudo passi quinquaginta quinque et gubito uno. De iste suprascripte revolte sunt per omnes revolte fine supradicti nostri monasterii. Et a sebtemtrionis fine similiter nostri superii monasterii, et inde sunt per longitudo passi centum decem et octo. Et iterum per eadem fine ipsius nostri monasterii revolventem in ipsa eadem pars sebtemtrionis, et inde sunt passi triginta uno et gubito. Et iterum revolventem in pars occidentis et inde sunt longitudo usque ipso flubio passi viginti sex, totum mensuratum ad iusto pas-

sum omini. Ec vero de ambe supradicte pecie, quod pertinet ipsius nostri monasterii, sicut dictum est, ego qui supra abbas ipsius leoni tradidit. In oc ordine, ut amodo et semper tote et inclite ipse tradictiones ad sua et de suis eredibus sint potestate illut tenendum et dominandum, et fovee et sue utilitatis iusta rationem ibidem faciant. Et tote ipse tradictiones, que est terra cum arbustis vitatis, per omnis annum abto tempore de super et de subtus illut lavorarent et operarent, et illut cultarent vonum. Et ubi meruerit, arbores et vites ibidem plantarent, et propaginarent, et surgerent, et studiarent illut, sicut meruerit, vonum esse arbustum per ipsis locis, ut per omnis annum perfectum pareat operata et cultata et surta de super et de subtus tote ipse tradictiones, quatenus annualiter proficiat et non dispereant, et salbum illut nobis faciant, sicut meruerit et iustum fuerit. Et per omnis annum per vindemie tempore per abto tempore faciant ille et suis eredibus me qui supra abbas vel successores meos scire, ut ibidem dirigamus missum nostrum, et ille vel suis eredibus adiubarent ad conciandum organea da vinum, quod pars ipsius ecclesie nostri monasterii abet ad cellarium nostrum, quod ibidem abemus in ipsa nostra curte maiore, et conciarent et illut studiarent vonum, sicut meruerit, organeum ipsum, ubi ipsa nostra medietate de ipso vinum, quod ab illut ad ipsum missum nostrum venerit, midtere debuerint, et illut ordinarent ipso horganeum in ipsum nostrum cellarium, sicut meruerit, et amodo et omni tempore in ipsa iamdicta pecia de ipsa curte maiore ibidem ille et suis eredibus residere et abitare deveant omni tempore. Et ubi meruerit cludere de ipsa iamdicta pecia, illut cludant et clusum illis abeant omni tempore. Et ille et suis eredibus per omnis annum abto tempore illut vindemiarent tote ipse ambe supradicte tradictiones. Et pomam si abuerit, illa colligant. Et de omnis vinum et pomam exinde annualiter inclita medietate per omnis annum inde deant ad ipsum missum nostrum, et reliqua ipsa alia medietate illis sivi abeant, et ipsa medietate de ipso vinum predicti nostri monasterii, que ab illis ad ipsum missum nostrum venerit, per omnis annum cum suo expendio illut atducere ad ipsum cellarium ipsius nostri monasterii, et midtant illut in ipso horganeum quod illis conciaberint, ad faciendum exinde pars predicti nostri monasterii quod voluerimus. Et de quod annualiter amodo et semper in ipse predicte tradictiones illis seminaberint, deant inde illis terraticum ad ipso missum nostrum ibique in ipsa rebus secundum consuetudinem de ipso locum. Et usque dum annualiter ipso missum nostrum pro ipsa vindemia ibidem steterit, illis autem nutrirent, sicut iustum fuerit secundum suam possivilitatem. Et per omnis annum palmentatica illis ad ipsum missum nostrum deant secundum consuetudinem de ipso locum. Unde in eo hordine per convenientia guadia nobis ipse supradictus leo dedit et mediatorem nobis posuit mirandus filius quondam venerardi abi-

tatorem de locum nucerie, et ubi dicitur turricle. Et per ipsa guadia obligavit se et suis eredibus. Preter, quale tempore ipse tradictiones in predicto ordine tenere et lavorare non voluerint et sic inde ad pars predicti nostri monasterii adimplere illis, sicut supradictum est, tunc ille et suis eredibus tote et inclite ipse ambe supradicte tradictiones in iamdicto ordine lavorate et cultate, et ubi ille resideant, ubi meruerit, clusa remidtant ad potestate predicti nostri monasterii, ad faciendum exinde quod voluerimus, et illis liceat inde exire cum omnis illorum causa movilia et cum redita, quod illis ibidem abuerit. Quod si *etc. Statuta mulcta viginti auri solidorum Constantini.* Et unc brebem scripsi ego petrus clericus et notarius qui interfui.

† Ego iohannes notarius me subscripsi

† Ego ademari notarius me subscripsi.

DCCIV.

A. D. 1028.

† In nomine domini undecimo anno principatus domni nostri Guaimari filii domni guaimari, gloriosis principibus, mense nobember, duodecima indictione. Memoratorium factum a me mosandus domini gratia abbas monasterii sancte sofie, qui situm est intus ec cibes salerno, eo quod ante subscripti testes, una mecum exet petrus adbocator ipsius monasterii, per conbenientia tradidi iaquinti filio nanningni de nucerie de una pecia de terra cum arbustis de ipso locum nucerie propinquo curte maiore ipsius monasterii, et est illut unde hego ei tradidi, quod pertinet ipsius monasterii ad quodam guaiferi filio guaiferi qui ipsum monasterium construssit per as fines et mensuras: a pars occidentis fine rebus ipsius monasterii , inde sunt passi decem et octo et gubita tria : a meridie similiter fine rebus ipsius monasterii , et inde sunt per longitudo passi octuaginta quadtuor: de super capite quod est in pars orientis, fine flubio qui dicitur salagra , et inde sunt per latitudo passi sidecim: a septemtrionis similiter fine rebus predicti monasterii, et inde sunt passi octuaginta et gubitum unum ad iusto passum omini mensuratum; de totum, quantum supradictum est, quod pertinet ipsius monasterii ab intro supradicte fines et mensuras , sicut dictum est , ego ipsius iaquinti tradidi In oc ordine , ut amodo et semper tota et inclita supradicta tradictione ad sua et de suis eredibus sit potestatem tenendum et dominandum ,

et fobee het sue utilitatis iusta ratione ibidem faciendum. Et tota supradicta tradictione, qui est terra cum arbustis vitatis, per omnis annum acto tempore de super et de subtus illut laborent, et operent, et cultent bonum, et ubi meruerit, arbores et vites ibi plantent, et propaginent, et studient, et surgant, sicut meruerit bonum exet arbustum in ipso locum, ut per omnis annum perfectum pareat operatum de super et de suptus tota ipsa tradictio, quatenus annualiter proficiat et non dispereat, et salbum illut faciat, sicut meruerit et iustum fuerit. Et per omnis annum per vindemie per acto tempore faciant scire me vel successores meos, ut ibidem dirigamus missum nostrum, et ille suisque eredibus adiubent ad conciandum organea, quod pars ipsius monasterii abet ad cellarium nostrum, quod abet in ipsa curte maiore, het concient et studient bona, sicut meruerit; organea ipsa, ubi ipsa medietate de ipso vinum, quod ab illum ad ipsum missum nostrum ebenerit, mittere debuerint, et ordinent ipsa organea in ipsum cellarium, sicut meruerit, et ille het suos eredes per omnis annum bindemient tota ipsa tradictio, et poma, si ibi abuerit, exinde colligant, et de omnis vinum et poma exinde annualiter inclita medietate per omnis annum inde deant ad ipso nostrum missum, et reliqua medietate inde sivi abeant, et ipsa medietate de ipso vinum predicti monasterii, que ad ipsum nostrum missum ab illum benerit, per omnis annum cum suo espendio illut portent ad ipsum cellarium ipsius monasterii et mittant illut in ipsa horganea quod illis conciaberint, et faciamus inde quod boluerimus ego et successores meos; et de quo annualiter amodo et semper in predicta tradictione seminaberint, deant inde terraticum ad ipso missum nostrum ibique in ipsa rebus secundum consuetudinem de ipso locum; et usque dum annualiter ipso missum pro ipsa vindemia ibi steterit, illis eum nutriant, sicut iustum fuerit secundum suam possivilitatem, et per omnis annum palmentatica ad ipso nostrum missum deant secundum consuetudinem de ipso locum, et ego et successores meos amodo et semper per supradicta tradictione cum bice de via sua ipsius iaquinti et ad illius eredes defensemus da omnes omines omnique partibus. Preter, quale tempore ipsa tradictio in predicto ordine tenere het laborare non boluerint, et sic inde in pars predicti monasteri adinplere, sicut supradictum est, tunc licead illum et suis eredibus tota et inclita supradicta tradictio in iamdicto ordine laborata, et operata et cultata remittant ad potestatem supradicti monasterii, ad faciendum exinde quod boluerint, et licead illis inde exire cum omnis illorum causa mobilia. Unde in eo hordine per conbenientia guadia michi ipse iaquintus dedit, et mediatorem michi posuit iohannes filius quondam berenardi de ipso locum nuceria; et per ipsa guadia obligavit se het suis eredibus, ut si aliquit de que superius legitur, quesierint remobere aut contrare, tunc per ipsa guadia conponere obligavit se ipse iaquintus et suos eredes michi meique suc-

cessoribus viginti auri solidi constantini, et unc brebem scripsi ego alderisi notarius.

† Ego iohannes notarius me subscripsi

† Ego sico.

DCCV.

A. D. 1028.

† In nomine domini undecimo anno principatus domni nostri Guaimari filii domni guaimari, gloriosis principibus, mense nobenber, duodecima indictione. Memoratorium factum a me mosandus domini gratia abbas monasterii sancte sofie de intus anc civitatem, una mecum exet petrus adbocator ipsius monasterii , eo quod ante subscripti testes per conbenientia tradidit adelferi filio quondam saberni de una pecia de terra cum arbustum vitatum et pomis de locum silia pertinentem ipsius monasterii, qui de tribus partibus coniuntum est ad alia rebus ipsius monasterii , et de alia parte fine via ipsius monasterii qui dissernit ab alia rebus ipsius monasteri, et est per mensuria: a parte occidentis passi quadraginta nobem, et a parte orientis passi quinquaginta sex, et a parte septentrionis passi quinqnaginta duo, et a parte meridie per ipsa via passi quinquaginta; et de alia pecia, qui est iscla ibique in predictum locum silia, de tribus partibus cum rebus predicti monasterii coniunta, et de alia parte fine flubio pecentino, et de duobus partibus a pars orientis et a pars occidentis ana passi nonaginta, et a parte septentrionis passi triginta duo, et a parte meridie passi viginti tres, et ab ipsa pars orientis coniunta cum ipso flubio pecentino, totum mensuratum ad iusto passum omini, quantum ad pars ipsius monasterii de anbo ipse pecie pertinet a pars cuidam guaiferi filii quondam guaiferi ego ipsius alferi tradidi ; iterum tradidi ei de una alia pecia terra cum arbustum et pomis inter anbo supradicte pecie, quantum inde pertinet ad pars ipsius monasterii a parte ipsius guaiferi. In oc ordine iamdicta tradictio ei tradidi, ut amodo et senper sit ad potestatem ipsius alferi et de illius eredes tenendum et dominandum, et fovee et sue utilitatis iusta rationem ibidem faciendum, et ibidem residerent et abitarent, ubi boluerint, in ipsa tradictione; et ipsa pecia bacua qui cum ipso pecentino iunta est, quantum inde ego ei tradidi, pastenent ibidem arbustum et pomis amodo, et illum studient et surgant; et ad conpleti amodo duodecim anni ille vero et suis eredibus abeant in tota ipsa tradictione, quod nos ei bacua adsingnavimus, arbustum bonum, surtum et vitatum bonum, operatum et cultatum, de super et de subtus, sicut

loci illius est consuetudo et de tantos annos meruerit, ut totum bonum pareat factum, et tota ipsa alia tradictio, qui est totum bonum arbustatum et perfectum, amodo per omnis annum apto tenpore totum illut de super et de subtus laborent, et operent, et cultent bonum, et ubi meruerit, arbores et vites ibidem plantent, et propaginent, et studient, et surgant illut, et sic tota ipsa tradictio per omnis annum apto tenpore adsingnent illut ad pars ipsius monasterii operatum et cultatum perfectum, quatenus proficiat et non dispereat, et sicut perfectum meruerit exet arbustum, et circoitum ipse pecie cludant, et senper ille cluse bone abeant. Et annualiter adsingnemus eorum organea da vinum ad cellarium ipsius monasteri, quod in ipso locum abet, et reponant ipsa organea, ubi debeant mictere vinum ipsius monasterii, quod da illis ei venerit; et per omnis annum per aire et per vindemie per apto tenpore faciant scire pars ipsius monasterii, ut ibidem dirigat missum suum amodo et per omnis annum, et totum ipso arbustum, quod nos ei tradidimus, et de illut quod illis pastenaberint, ut supradictum est, de ipsa tradictione a quo vinum inde exire potuerit, tota supradicta tradictio amodo et senper per omnis annum apto tempore totum illut vindemiemus, et omnis poma exinde, et quando glandes ibi abuerit, illis eos colligant, et de omnis vinum et poma et glandes, quod de tota supradicta tradictione per annum exierit, inclita medietate exinde deant ad ipso missum ibique, et alia medietate inde sivi abeant, et ipsa medietate de ipso vinum ipsius monasterii per omnis annum cum suo espendio illut portent ad ipsum cellarium predicti monasterii de ipso locum, et mictent illut in ipsa organea quod illis conciaberint, et faciant inde pars ipsius monasteri quod boluerit; et si boluerit pars ipsius monasterii ipso suum vinum reponere in ipsa tradictione, in quo illis abitaberint, illis autem portent ipsa organea ibi, et per omnis annum illa bona concient et studient, et reponant illum in ipsa domum illorum in quo abitaberint, et mictant ibi ipso vinum ipsius monasterii per omnis annum et salbum vinum ipsum faciant, usque dum illut inde atucamus [1]) absque degeneratione et ingne. Et de quod amodo per omnis annum in tota ipsa tradictione seminaberint, deant inde ibique ad area ad ipso missum inclita tertiam parte, et due sortis inde sivi abeant. Et usque dum per omnis annum ibidem steterit ipso missum per aire et per vindemie ipse sortionis ipsius monasterii recipiendum, illis eum nutriant secundum suam posibilitatem, et palmentatica ei deant secundum consuetudinem de ipso locum. Et a quo vinum exierit de ipsa pecia, qui cum ipso pecentino iunta est quod illis pastenaberint, per omnis annum inclita medietate inde ad ipso mis-

---

[1]) adducamus.

sum de ipsa tradictione exinde deant, sicut supradictum est, et omnia de ipso vinum adinpleant ad pars ipsius monasterii omni tempore, sicut supra legitur. Et in conpleti ipsi duodecim anni illut surtum adsingnent ad pars ipsius monasterii, sicut supra legitur, et senper illut cum ipso aliut, quod supra ei tradidi, teneant, et inde adinpleant ad pars ipsius monasterii in omni ordine et ratione, sicut superius legitur, et ego et subcessores meos omni tenpore tota ipsa tradictio cum bice de via sua ipsius adelferi et ad illius eredes defensemus da omnes omines omnique partibus. Preter, quale tenpore da ipsi duodecim anni in antea supradicta tradictio tenere et laborare in supradicto ordine non boluerint aut non potuerint, tunc tota supradicta tradictio in supradicto ordine laborata, et operata et clusa remittant ad potestatem mea, vel de meis successoribus, ad faciendum quod boluerit, et illis licead inde exire cum omne sua causa, aut si talem fecerit culpa, unde ad palatium aut aliicui cecidere debeant, similiter tota ipsa tradictio operata in predicto ordine rebertatur ad potestatem ipsius monasterii, ad faciendum quod boluerit. Unde in eo ordine per conbenientia guadia michi ipse alferi dedit, et mediatorem michi posuit urso filio iohanni abitator de ipso loco; et per ipsa guadia obligavit se ipse alferi et suos eredes, ut si aliquit, de quo superius legitur, quesierint remobere aut contrare, tunc per ipsa guadia componere obligavit se et suos eredes michi meique supcepsoribus viginti auri solidi constantini, et unc brebem scripsi ego alderisi notarius.

† Ego maghenolfus me subscripsi

† Ego ademari notarius me subscripsi.

DCCVI.

A. D. 1028.

† In nomine domini undecimo anno principatus domni nostri guaimari filii domni guaimari, gloriosi principibus, mense december, duodecima indictione. Memoratorium factum a me machenolfus filius quondam ricchardi, Eo quod ante subscripti testes per convenientia ad tenendum et lavorandum tradidit ego landoni filio quondam andree, et iohanni presbiteri, et alferi, et ademari, germanis filiis quondam iohanni, una pecia de terra mea cum arbustis vitatis quod abeo in eodem locum nucerie, ubi a la sala dicitur propinquo cliulu per ec finis et mensuras: ab oriente fine rebus petri clerici et ábbati cabpella sacri palatii, et modicum pertange ad fine rebus monasterii sancti laurentii, et inde abet passos quadra-

ginta sebtem minus palmum unum et uncie tres. Et a pars meridie fine rebus ominibus atrianensi, et inde sunt passi triginta duo: ab occidente fine de eredes iohanni miri, sunt inde passi triginta quinque et palmum uno. Et a pars sebtemtrionis similiter fine de ipsa eredes iohanni, et inde sunt longitudo usque ipsa priora fines passi triginta sex, totum ad iusto passum omini est mensuratum. Ec vero predicta pecia de terra cum arbustis per iamdictas mensuras, cum omnia intro se abentibus omnibusque suis pertinentiis, et cum bice de via sua ego ipsorum landoni tradidit inde medietatem, et ipsorum iohanni presbiteri, et alferi et ademari reliqua medietate ad lavorandum tradidit. Tali ordinem, ut amodo et usque decem et octo anni conpleti ipsa tradictione illorum et de suis eredibus sint potestatis illut emere, et dominare, et lavorare, et fovee et omnis sue utilitatis iusta rationem illis ibidem faciant. Et per omnis annum illis abto tempore lavorare, et potare, et propaginare, et cultare illut, ut vonum pareat lavoratum et cultatum per omnis annum, ut proficiat et non dispereat, et ubi meruerit, infra ipsa tradictio arbores et vites illis ibidem ponere et plantare. Et sic totum illis annualiter suo tempore lavorare et cultare vonum, ut perfectum pareat lavoratum, et cultatum, et surtum de super et de subtus, sicut locus ipse meruerit. Et omne annum per tempore de vindemie faciant illis et suis eredibus nobis et nostris eredibus scire, ut dirigamus ibidem missum nostrum, et illis et suis eredibus ipsa tradictio abto tempore illut vindemiare, et totum ipso vinum ad palmentum illorum cum illis dividamus per medietatem: ipso missum nostrum tollat ipso vinum medietatem, et illis vel illorum eredibus demus et tradamus reliqua medietate, et ipsa nostra medietate de ipso vinum illis vel illorum eredibus ad omnem illorum spendium atducere usque ad cellario nostro, quod abemus ad turre mezana, et reponat illis in organeum nostrum, quod nos eorum in ipso nostro cellario adsingnaberimus. Et ipso horganeum per omnis annum illis adiutarent ad conciandum vonum, sequenter ipso vinum ibidem miserint. Et dum ibidem steterit ipso missum nostrum pro ipso vinum recipiendum, illis autem nutrirent secundum suam possivilitatem, et per omnis annum deant nobis illis palmentatica, sicut meruerit. Et que amodo et usque ipso constitutum ibidem illis seminaberint in ipsa tradictione, deant inde nobis iusto terraticum secundum consuetudinem de ipso locum. Et ad conpleto autem ipso constitutum, tunc tota et inclita ipsa tradictio lavorata et cultata, et operata vona remidtant ad nostra vel ad nostris eredibus potestatis, ad faciendum quod voluerimus, et liceat illis inde exire cum omnia causa movilia quod ibidem abuerint, et iret cum illut ubi voluerint, sine omnis contrarietate nostra et de nostris eredibus. Unde pro taliter per vona convenientia guadia nobis ipse lando et iohannes presbiter, pro se et pro ipsi germani sui, dederunt, et mediatorem nobis posuerunt iaquintus clericus filius quondam mansoni, qui ad ordinem monahchi-

lem pervenit, et per ipsa eadem guadia obligaverunt se et suis eredibus. Quod si *etc. Statuta mulcta viginti auri solidorum Constantini.* Et unc brebem scripsi ego petrus clericus et notarius qui interfui.

† Ego guisenolfus

† ego romoaldus.

DCCCVII.

A. D. 1028.

† In nomine domini undecimo anno principatus domni nostri guaimarii filii domni guaimarii glorioso princeps, mense december, duodecima indictione. Ideo que hego gemma, que sum uxor leoni filii quondam corbi et filia iaquinti, una mecum esset ipse leo vir meus, venimus ante presentiam predicte gloriose potestatis et ostedimus unam cartulam, qualiter ipse iaquintus genitorem meum pro parte et vice meam donavit ipsius viri mei terra et casa sua intus hanc salernitanam civitatem a super porta sancti fortunati que dicitur elini, per ec finis et mensurie : a parte orientis fine de eredes petri, sicut modo parietem de fronte de casa eius discernit, et sicut vadit per oram de puteo qui ibi est: de super parte fine de eredes ipsius petri et de eredes pactignoni, sicut inde anditum communalis discernit: de alio latere ab occidente fine strectola que discernit a fine iohanni, qui maraldus vocavit filius gaidenardi, ubi sericidia cecidunt: de subter parte fine machenolfi qui fuit de nuceria, sicut modo parietem discernit, est inde per mensuriam erga ipsam finem pedes quindecim, et de super latitudo erga ipsum anditum communem pedes duodecim et per longitudo erga ipsa fine, que fuit ipsius iohanni qui maraldus vocavit, pedes viginti tres, et in alio latere erga ipsa fine ipsius petri, ubi ipsum puteum est, pedes alii viginti tres: totum mensuratum fuit ad talem pedem manum ominis, quantum cartula ipsa et ista in capite est lata [1]), ad faciendum inde ego predicta gemma et meis eredibus omnia quod voluerimus. Et congruum est mihi predicta gemma tota et inclita ipsa terra cum casa per iamdictas fines et mensuras, et qualiter modo conciata et edificata est, unaque cum ipso viro meo et communiter illam venundare iohanni comiti filio quondam maraldi,

[1]) Mensura huius Chartae constat triginta et quinque centimetris.

cuius pertinentem est ipsam finem a parte occidentis et adiuncta est cum ipsa fine sua; propterea, ut diximus, venimus in sacro salernitano palatio ante presentiam supradicte gloriose potestatis, et coram illo adesset laidolfus comes, cui ipsa gloriosa potestas precepit esse iudicem inter nos, et fecimus illut notitiam ipsius iaquinti genitori meo et petri germani mei, qui sunt propinquiores parentes mei, et ab ipso iudicem et ab ipsis meis parentibus sum interrogata, ne aliquam violentiam paterem a quocumque ominem: in eorum presentia dixi, quia nullam pateor violentiam, nisi voluntatem meam ipsa terra cum casa dico benundare et ipsis parentes mei; et ipso iudex in anc cartulam manum posuerunt. Et ideo ego predicta gemma, consentientem mihi ipse vir meus, communiter benundedimus adque comfirmamus tivi predicto iohanni comiti totam et inclitam ipsam terram cum casa per supradictos fines et mensuras que a parte occidentis, ut diximus, est coniuncta ad ipsam finem tuaque iohanni comiti, cum omnia intro se abentibus omnibusque suis pertinentiis, et cum vice de via sua, et cum vice nostra de ipso andito, quod est a parte septemtrionis, ad securiter et firmiter amodo et semper tu predictus iohannes comes et tuis heredibus inclitam supradictam nostram vindictionem abendum, dominandum, possidendum, et omnia exinde faciendum que volueritis. Et pro confirmandam et staviliscendam supradictam nostram vindictionem recepimus a te predicto iohanne comite statutum pretium auri solidi de tari voni quinquaginta, abentem per unumquemquem solidum tari quattuor in omnes deliverationes, sicut inter nos combenit: finitumque pretium ipsum aput nos ea ratione, per combenientiam guadia nos predicti vir et uxor communiter tivi dedimus, et fideiussorem tivi posuimus aldemarium filium quondam amati; et per ipsam guadiam obligamus nos et nostros filios et eredes amodo et semper defensandam tivi tuique eredibus totam et inclitam supradictam nostram vindictionem ab omnibus ominibus omnibusque partibus, cum vice de ipsa via et de ipso anditum; et quando tu predictus iohannes comes, vel tuos eredes, de suprascripta nostra vindictione per vos bolueritis esse auctores vel defensores, potestatem abeatis vice nostra in omnibus inde causare, et finem facere, qualiter bolueritis, cum omnibus moniminibus et rationibus que inde abere potueritis. Nam, quando nos vel nostros filios et eredes de supradicta nostra vindictione quesieritis abere auctores et defensores, nos autem, et nostri filii et eredes, illut tivi tuique eredibus defensemus, sicut superius legitur. Quod si *etc. Statuta mulcta ducentorum auri solidorum Constantini.* et taliter scribere rogavimus te ademari notarium, actum salerno.

† Ego qui supra laidolfus comes

† Ego myrandus notarius me subscripsi

† Ego petrus me subscripsi.

DCCCVIII.

A. D. 1028.

† In nomine domini undecimo anno principatus domni nostri guaimarii filii domni guaimarii gloriosus princeps, mense december, duodecima indictione. Memoratorium factum a me musandus venerabilis abbas monasterii sancte sofie, que sita est intus ec civitate salerno, Eo quod ante subscripti testes per conbenientia una cum petrus adbocator ipsius monasterii tradidit ermengnardi, filio quondam iohanni magistri de apus-monte, una pecia de terra cum arbustis, ubi campu-rapistaru et ad serolatu dicitur, que est intus curte maiore ipsius monasteri, et est illut unde eidem tradidit, quod pertinet ipsius monasterii a quondam guaiferi filio guaiferi, qui ipso monasterio construxit per as finis et mensuras: ab oriente fine ipsius monasterii, et inde sunt passi viginti quadtuor: a septemtrione similiter fine ipsius predicti monasterii, et inde sunt passi centum quadtuor et medium: ab occidente similiter fine ipsius monasterii, sicut media-sepe discernit, et inde sunt passi decem et octo et cubitum unum: a meridie similiter fine ipsius monasterii et coniungentes se ad ipsa iamdicta priora fine, et inde sunt passi centum ses et cubitum et palmum, totum ad iusto passum homini est mensuratum; de ec bero ipsa supradicta pecia pertinentes ipsius monasterii, cum omnia intro se abentibus et suis pertinentiis, ego ipsius ermegnari ad tenendum et laborandum tradidit in oc ordinem, ut amodo et semper tota et inclita supradicta est tradictio ad sua et de suis eredibus sint potestate tenendum et dominandum, et fobee et sue utilitatis iusta rationem ibidem facere, et tota supradicta est tradictio, que est terra cum arbustis vitatis, per omnis annum apto tempore de super et de subtus illut laborare et operare et cultare bonum, et, ubi meruerit, arbores et vites ibidem plantare, et propaginare, et studiare, et surgere illut, sicut meruerit bonum esse arbustum in ipso locum, ut per omnis annum perfectum pareat operatum et cultatum de super et de subtus tota ipsa tradictio, quatenus annualiter proficiat et non dispereat, et salbum illut facere, sicut meruerit et iustum fuerit; et per omnis annum per vindemie per apto tempore faciat scire nos et successores nostros, ut ibidem dirigamus missum nostrum, et ille et suis eredibus conciare organeum ipsum da vinum, quod nos vel pars predicti monasterii ei adsignaberimus ad cellario nostrum ibique, et conciare et studiare bonum, sicut meruerit organeum ipsum, ubi ipsa medietate de ipso vino, quod da illut nobis benerit, in ipsum midtere debuerit, et ordinare ipso horganeum in ipsum cellarium, sicut meruerit, et ille et suis ere-

dibus per omnis annum vindemiare tota supradicta est tradictio, et poma, si abuerit, illam colligere, et de omnis vinum et poma exinde annualiter inclita medietate per omnis annum inde deant ad ipso missum, et reliqua medietate inde sibi abeat, et ipsa medietate de ipso vino predicti est monasterii per omnis annum, qui da illut ad ipsum missum benerit, cum suo expendium illut portare ad ipsum cellarium ipsius monasterii et midtat illut in ipso horganeum quod ille conciaberit, ad faciendum exinde pars predicti monasteri quod boluerit. Et de quod annualiter amodo et semper in predicta tradictione seminaberit, deant inde terraticum ad ipso missum ibique in ipsa rebus secundum consuetudinem de ipso locum; et usque dum annualiter ipso missum pro ipsa vindemia ibi steterit, ille eum nutricare, sicut iustum fuerit secundum suam possivilitatem, et per omnis annum palmentaticam had ipsum missum deant secundum consuetudinem de ipso locum. Unde in eo ordinem per conbenientia guadia mihi ipse supradictus ermengnardus dedit, et mediatorem mihi posuit sparanus filius quondam iohanni de ipso locum; et per ipsa guadia obligavit se et suis eredibus, ut preter quale tempore ipsa tradictio in predicto ordine tenere et laborare non boluerit, et sic inde ad pars predicti monasterii adimplere, sicut supradictum est, tunc ille et eius eredes tota et inclita supradicta tradictio in iamdicto ordine laboratam, et operatam, et cultatam remidtat ad potestate predicti monasterii, ad faciendum exinde quod boluerit, et liceat illut inde exire cum omnis sua causa mobilia et redita si abuerit; quod si *etc. Statuta mulcta viginti auri solidorum Constantini.* et unc brebem scripsi ego petrus presbiter et notarius qui interfui.

† Ego amatus presbiter

† Ego leo.

DCCIX.

A. D. 1028.

† In nomine domini undecimo anno principatus domni nostri guaimarii filii domni guaimari, gloriosi principibus, mense ianuarius, duodecima indictione. Memoratorium factu a me musandus dei gratia abbas monasterii sancte sufie, qui situm est intus hanc salernitanam civitatem qui fuit pertinentem cuidam guaiferi filio idem guaiferi comitis, eo quod ante subscripti testes, una mecum adesset petrus adbocator ipsius monasterii, tradidi gui-

soni filio rusandi et liotardi filio mari de locum nuceria de due pecie de terra, cum arbustis vitatis de ipso locum nuceria pertinentem ipsius monasterii: una de ipse pecie est propinquo ad gorga lupeni, et ipsa halia dicitur ad arenola subtus ipso castello per finis et mensuras; ipsa pecia qui dicitur ad gorga lupeni,est a parte orientis fine predicti monasterii, inde sunt passi sexaginta duo minus guvitum: a pars septemtrionis similiter finem ipsius monasterii, inde passi quadraginta tres; a parte occidentis fine via, inde passi septuaginta duo: a meridie fine predicti monaterii, inde passi tres; ipsa halia pecia qui dicitur ad arenola: ha parte orientis fine predicti monasterii, inde passi septuaginta duo: a parte septemtrionis fine predicti monasterii, inde passi tredecim: ab occidentem similiter fine ipsius monasterii, inde passi quadraginta duo: a parte fine via, inde sunt passi decem et octo, totum mensuratum ad iusto passum hominum; ideo, ut diximus, de ambe supradicte pecie de terra per supradictas fines et mensuras tradidi exinde vobis illut quod in ipso monasterio exinde pertinet, in tali ordine....... tradidit, ut amodo et semper, nato nascentes, ad vestra et de vestris eredibus sint potestatem illut tenendum, et fovee et omnis sue utilitatis ibidem faciendum, et per annum suo tempore totum ipsum arbustum de ambe supradicte pecie quod illorum tradidit, per annum suo tempore de super et de subtus laborare et cultare et propaginare, et ubi meruerit, arbores et vites ibidem plantare et surgere, et ubi meruerint, illut cludere et semper illut clusum avere, et sic per annum suo tempore illut laborare, ut per omnis omnum bonum laboratum pareat, quatenus in melius proficiant et non dispereant, et salbum illut abeant, et per annum de vindemie faciant illis me scire vel pars ipsius monasterii, ut missum nostrum illuc dirigant, et illis arbustum ipsum suo tempore vindemiare, et omnis vinum exinde ibique ad palmentum inter nos dividamus per medietatem: pars ipsius monasterii tollant inde medietatem, et illis medietatem; et ipsa medietate de ipso vinum predicti monasterii illis per omnis annum portare deveant salbos usque ad cellarium ipsius monasterii de ipso locum quod ibi avet, et mittant illum salbum in organea predicti monasterii, quod ibidem ad illis adsingnaverimus, hita ut per omnis annum illis deant ad ipso cellarium per ratione circla, unde se conciare deveant ipsa organea, ubi ipso vinum illis mittere deveant; ipsum missum predicti monasterii, dum pro ipse vindemie ibidem steterit, illis notrire secundum illorum possivilitate, et palmentateca illis nobis deant, sicut consuetudo est. De qua in ipsa rebus illis seminaverit, deant illis inde ad pars predicti monasterii terraticum iusta consuetudo de ipso locum: preter, quale tempore rebus ipsa in supradicta ratione illis vel illorum eredes tenere et laborare noluerit, inclita supradicta traditione bona laborata et cultata, et ubi meruerit, clusa remittant ad potestatem ipsius monasterii, faciendum inde quod boluerit. De qua per comvenientia

guadia nobis ipsi guiso et liotardum dederunt, et mediatorem nobis posuerunt maraldus germanu ipsius liotardum; et per ipsa guadia obligaverunt se et illorum eredibus, ut si taliter omnia suprascripta in predicta ratione ad pars predicti monasterii non adimpleverit et aliquit inde contradixerit, per comvenientia componere obligaverunt se et illorum eredibus in pars predicti monasterii biginti auri solidi constantini. Hec omnia suprascripta fecit ipse iamdictus liotardus per absolutione et bolumtate ipsius genitori suo. Et hunc brebem scripsi ego ademari notarius

† Ego smaracdus notarius me subscripsi

† Ego iohannes notarius me subscripsi.

DCCCX.

A. D. 1029.

† In nomine domini undecimo anno principatus domni nostri guaimarii filii domni guaimarii, gloriosis principibus, mense ianuarius, duodecima indictione. Memoratorium factum a me musandus benerabilis abbas monasterii sancte sufie, qui constructa est intus anc salernitanam cibitatem, Eo quod ante subscripti testes, unam mecum adexet petrus adbocator predicti monasterii, per combenientia tradidimus ad tenendum et laborandum grimoaldi filio domni iohanni due clusurie de terris cum arbustis et castanietum, quod pars predicti monasterii abet in locum silia ista parte flubio pecentino; prima ex eas pecia de ipsa clusuria de terra cum arbustum per os fines et mensuras: a parte orientis fine nostri monasterii, inde passi sexaginta quadtuor et gubita tres: a parte meridie fine nostri monasterii, inde passi sexsaginta duo: a parte occidentis fine predicti monasterii, inde passi quadraginta quadtuor, et avinde rebolbente in parte septemtrionis inde passi triginta duo et gubita tres; ipsa secunda clusuria de terra cum castanietum per os fines et mensuras: a parte meridie bia predicti monasterii, inde passi centum decem et nobem: a parte occidentis fine bia predicti monasterii qui pergit ad iufuni, inde passi quadraginta sex: a parte septemtrionis fine nostri monasterii, inde passi centum decem et nobem: a parte orientis fine bia nostri monasterii, inde passi septuaginta: omnes suprascripta mensuras ad iustum passum ominis fuerunt mensuratum. Et amodo et semper, natos nascentem, in suam et de suis eredibus exet potestatem tenendum, dominandum, fobee et omnes sue utilitatis ibi faciendum, et in ipsa priore clusuria de terra cum arbusto per totum et inclitum paste-

nare arboribus et viti de vono vitineo, et totum surgere vonum, et perfectum arbustum per annum ivi factum abeant, et bene paread lavoratum et surtum. Et per annum per vindemie amodo et semper ille vel suos eredes faciant inde scire pars nostri monasterii, ut dirigamus ibi missum nostrum, et ille vel suos eredes per annum per tempum totum ipsum arbustum bindemiare, et omnes binum et pomam, quam exinde exierit, per medietatem ivique ad palmentum ipso vinum cum ipso missum nostrum dividant: ipso missum nostrum tollad inde medietate, et ille vel suos eredes tollad inde ipsa halia medietatem, sortionem de ipso vinum predicti monasterii reponad in organea ad sala de eodem loco iamdicti monasterii pertinentem. Et ipsa organea per illum et eius eredes conciare et studiare bonam per annum ad ipsa sala; ipso missum predicti monasterii, dum ibidem steterit pro recipiendum ipso vinum, illis autem eum notrire secundum sua possibilitatem, et palmentaticum per annum ad pars nostri monasterii deant; ipsa poma que ibi sunt, per annum per tempum ille vel eius eredes colligere, et inclita medietatem ad pars predicti monasterii dare: de predicta clusuria de terra cum casstanietum per ipse finis et mensuras tradidimus inde ei tertiam partem in parte occidentis, due sorti inde reservavimus in parte predicti monasterii; ipsam tertiam partem, quod inde ei tradidimus, amodo pastenare et operare perfectum arbustum, ut omni tempore perfectum arbustum ibi abeant, et per annum bene paread lavoratum. Et ubi potuerit et meruerit, faciant ivi insitetum perfectum. Et a quo vinum, vel insites, seum castane per annum amodo et omni tempore inclita medietatem ipse casstanee et insites secke ibi per tempum ad missum predicti monasterii dare, seu pomis que ipse ibi pastenare debet. Et ipsa medietatem de ipso vinum similiter per annum cum ipso missum predicti monasterii ibi ad palmentum dividant: ille tollad vel eius eius eredes de ipso vinum medietatem, et missum nostri monasterii alia medietatem. Et ille vel suos eredes per annum per tempum de vindemie portaret ipso binum ad ipsa sala et mittere in ipse bucti, et omnia inde facere et adimplere ille vel eius eredes in pars predicti monasterii per annum, sicut et de ipso alio binum que de ipsa priore clusuria legitur. Et de quod ibi seminaberit per annum, inclita tertiam partem per tempum ibi ad missum nostrum dare. Et ipso missum, et poma, et palmentaticum omnia ille vel eredes inde per annum adinpleant in parte predicti monasterii, sicut et de ipsa priore clusuria que supra legitur, et tota supradicta traditionem, quod superius legitur, ille vel eius eredes circoitum cludere bonum. Et quale tempore ille vel eius eredes tota supradicta rebus tenere et laborare noluerit, aut non potuerit, tunc ille vel eius eredes tota suprascripta rebus, quod superius ei tradidit, surta, perfecta, operata, salba, et circoitum clusa bona remitterent ad potestatem predicti monasterii, faciendum quod boluerit, et licead illum et eius eredes inde exsire cum omnia

sua causa movilia et pergad, ubi boluerit. Et si ille vel suos eredes fecerit culpam, unde legibus in palatium cecidere debuerit, aut si de ac terra salernitanam exsierit pro aliubi ad avitandu , tota supradicta res rebertar in potestatem predicti monasterii , faciendum quod voluerit. Et si infra tres anni ille vel eius eredes rebersi ad avitandum fuerit , et rebus ipsa illis laborata inbenerit, licead tollere omo qui ipsa rebus laborabit, totum ipsu frudium et sic rebus ipsa remittamus ad potestatem ipsius grimoaldi et de eius eredes, ad abendum et tenendum omni tempore ille vel eius eredes in supradicta ratione. Unde in eo hordine per bona combenientia guadia ipse grimoaldus dedit michi et predictum adbocatorem, et mediatorem nobis posuit petrus filius rackisi: et per ipsa guadia obligavit se et suos eredes; quod si *etc. Statuta mulcta viginti auri solidorum Constantini.* Verumtamen de tota supradicta tradictione tantum tibi supradicto grimoaldi inde tradidimus, quantum pertinet in predicto monasterio a parte quondam guaiferi filio guaiferi. Quot scripsi ego petrus notarius.

† Ego alderisi notarius me subscripsi

† Ego iohannes notarius me subscripsi.

DCCCXI.

A. D. 1029.

† In nomine domini undecimo anno principatus domni nostri guaimarii filii domni guaimarii, gloriosi principibus, mense februarius, duodecima indictione. Memoratorium factu a nobis maghenolfus presbiter et petrus diaconus qui officiamus in ecclesia sancti maximi , eo quod ante presentia maioni presbiteri et abbati ipsius ecclesie, ibique essent petrus adbocator ipsius ecclesie et subscripti testes, per convenientia per demandatione ipsius abbati tradidimus ad tenendum et laborandum iaquinti de muntorum filio petri terra cum arbustum et abellanietum de ipso locum muntorum, ubi cirione dicitur, pertinentem ipsius ecclesie, quod nos in beneficium tenemus, qui est infra as fines: de super parte fine via caba antica: de pede fine alia via pertinentem ipsius ecclesie que ducit inter ista rebus et alia ipsius ecclesie, et de alie due partis fine ipsius ecclesie et sepibus hanc curte circundat, etiam et de uno latere termines inde discernunt. De curte vero ista per iamdictas fines quartam partem inde ipsius iaquinti tradidimus in pars septemtrionis, in oc hordine, ut amodo et semper per ipsa quartam partem quod ei tradidimus, ad sua et de suis ere-

dibus sit potestatem tenendum et dominandum, et fovee et omnis sue utilitatis iusta ratione ibi faciendum, et casa ibi faciat, et ibidem resideant et avitent, et tota ipsa traditione, qui est arbustum et abellanietum bonum factum et surtum, amodo et semper per omnis annum abto tempore illut de super et de supter laborent, et, ubi meruerit, arbores et vites et infra ipso abellanietum abellane ille et eius eredes ibidem plantent, et tota ipsa traditione annualiter abto tempore de super et supter studient, et operent, et cultent bonum, sicut in ipso locum meruerit perfectum esse arbustum et abellanietum, et iusta rationem salbum illut faciat et aveant, et, ubi meruerit, semper illut clusum abeant, ut per omnis annum totum in bonum proficiat et non dispereat. Et per tempore de vindemie et per aire, et quando meruerit abellane ipse et poma inde colligendum per omnis annum, faciant nos scire vel pars ipsius ecclesie, ut ibidem pergamus, vel missum nostrum dirigamus, et ipse iaquintus vel eius eredes per omnis annum totum illut vindemient, et omnes abellane inde colligant et secchent, et omnis poma inde colligant, et inclita medietate de totum ipso vinum, et de tote ipse abellane secche, et de tota ipsa poma ibidem in ipsa rebus tollamus nos supradicti maghenolfus et petrus, vel pars ipsius ecclesie, per omnis annum faciendum quod boluerimus, et ipsa alia medietate illis inde sivi aveant; tantum mela repostara [1]), si ibi abuerit, illis per omnis annum ipsa medietate nostra et ipsius ecclesie ibi reponant in melarium, quod illis fecerint, et salbam illam faciant, usque dum illa inde tollamus. Et si boluerimus nos vel pars ipsius ecclesie dare eorum ibidem organea da vinum, hubi reponant ipsa nostra medietate de ipso vinum, illis autem per omnis annum ipsa organea bona conciet cum suo espendio, et lavet et studient bona, et reponant intus ipsa casa, quod in ipsa rebus fecerint, et mittant in ipsa organea ipsa medietate de ipso vinum ipsius ecclesie per omnis annum et salbum illut faciant, usque dum illut inde tollamus nos vel pars ipsius ecclesie, absque degeneratione et ingne; et ubi ipso vinum de ipsa horganea tulerimus, illis autem statim per omnis annum fecias inde iactent et bone lavent, sicut meruerint. Et de quod per annum ibidem in ipsa traditione seminaverint, deant inde per omnis annum ad ipso missum vel nobis terraticum secundum consuetudinem de ipso locum; et usque dum per annum ibidem steterimus nos vel ipso missum nostrum et ipsius ecclesie pro ipsa vindemia, et pro ipse abellane, et terraticum ipsum recipiendum, illis autem nos nutriant secundum sua possivilitate, et palmentateca per omnis annum nobis deant vel ad pars ipsius ecclesie, sicut meruerit, secundum consuetudinem ipsius locis. Et per con-

---

[1]) *repostara*, idest: quae conservari possunt per annum.

venientia obligavit se ipse maio abbas et successores suos amodo et semper defensandum ipsius iaquinti vel ad eius eredes ipsa quarta de predicta curte, quod superius ei tradidimus, cum vice de via sua da omnes homines omnique partibus: preter, quale tempore supradicta traditione in iamdicto ordine tenere et laborare non boluerint, aut non potuerint, tunc ipse iaquintus vel eius eredes tota et inclita supradicta traditione laborata, et operata, et cultata, et clusa in iamdictam rationem remittant ad potestatem ipsius ecclesie, ad faciendum quod boluerit, et ipse iaquintus vel eius eredes liceat inde exire cum causa sua movilia; iterum, et si talem fecerit culpam, unde cecidere debeant, aut si de hac terra exierint, antequam ipsa traditione remittant, similiter tota ipsa traditione in iamdicto ordine laborata et cultata rebertatur ad potestate ipsius ecclesie, ad faciendum quod boluerit. Unde in eo hordine per comvenientia guadia nobis ipse iaquintus dedit et mediatorem nobis posuit ipse iaquintus se ipsum; et per ipsa guadia obligavit se ipse iaquintus et suos eredes, ut si aliquit de suprascripta contradixerint vel removere boluerint, componere obligavit se ipse iaquintus et suos eredes nobis, vel ipsius abbati, aut ab successores illius, vel in pars ipsius ecclesie biginti auri solidi constantini. Et pro quibus ipse iaquintus mediatorem posuit se ipsum, per convenientia apposuit et obligavit se et suos filios et eredes appignerandum nobis et a pars ipsius ecclesie omnis rebus et causam illorum, quod legitimo et inlegitimo est ad pingnerandum. Et hunc brebem scripsi ego ademari notarius.

† Ego ademari notarius me subscripsi

† Ego iohannes notarius me subscripsi.

DCCCXII.

A. D. 1029.

† In nomine domini undecimo anno principatus domni nostri guaimarii filii domni guaimarii, gloriosi principibus, mense februarius, duodecima indictione. Memoratorium factu a nobis iaquintus et lando et disiio comitibus, germani filii quondam disigi comiti, eo quod ante subscripti testes tradidimus fusci presbiteri filio (*deest nomen*) ecclesia nostra bocabulu sancta marie et sancti nicolai, que nos iamdicti germani ecclesia ipsa a nobo fundamine construnximus in rebus nostra illa pars et propinquo flubio siler, ubi propio ad mercatellum dicitur, qui est infra hec finis: a meridie fine litore maris, et de alie ex

omni parte ad rebus nostra coniuntum est. Ideo, ut diximus, ipsa ecclesia ei cum omnis rebus et causa pertinentem ipsius ecclesie tradidimus, que nunc modo avet, et quod in antea per nos, seu et per aliis hominibus in ipsa ecclesia datum fuerit, videlicet movilia et animaliis que modo ei adsingnavimus, planeta de linum una, orarum et ammittum, liver comite de circoitum annum, intefanaria dua, unum de nocte et alium de die, et unum salterium et superiovi [1]) manule de siricum de scamangna et alium manule de siricum, sindone tres, curtina una; ipsi animaliis sunt illas, quod ego iamdictus iaquintus dedit in predicta ecclesia, iummenta una pollitrata, caballum unum cum sella et frenum, bacca una betellata, scurie tres porclate cum ana tres filios per scuria et ultres, capre alie tres filiate. Et ego iamdictus landus dedit similiter in ipsa ecclesia iummente tres, et backe tres, et scurie quadtuor cum ana tres filios per ec scuria, capre tres edate. Et ego iamdictus disiiu dedit in ipsa ecclesia iummenta una polletrata, bacca una betellata, porci capita decem, capre edate tres. Hec omnia suprascripta movilia et predictis animaliis ipsius fusci presbiteri modo adsingnavimus in tali ordine, ut amodo et cuntis diebus vite sue hipsa ecclesia, cum omnia que supradiximus, sue potestàtis tenere et dominare, et omnis sue utilitatis in ipsa ecclesia et in rebus ipsius ecclesie iusta ratione ibi facere, et amodo cotidie ibidem residere et avitare, et diu noctuque in ipsa ecclesia officiare et officiare faciant, sicut meruerit, presbiter villanos. Et omnis offerta et botationes seu sepultura, que in ipsa ecclesia intraverit, totum illut sivi aveant, faciendum inde quod boluerit, scepto, si ibidem intraberit animalia biba, aut tale causa que ad ornamentum fuerit de ipsa ecclesia, semper siant ad potestate de ipsa ecclesia, abendum et gubernandum illut, sicut et ipso aliut: simulque et alia rebus et causa, que per nos vel per nostris eredibus, seu per aliis hominibus in ipsa ecclesia datum et offertum fuerit amodo in antea, semper siant ad potestate predicti fusci presbiteri, abendum illut diebus vite sue, sicut et ipso aliut, et de ipsi animaliis, et de filiis filiabus quod fecerit, cotidie cura et bigilatione ipse presbiter abere, et faciant abere, ut proficiant. Et de omnes filios vel filias, quod amodo in antea de ipsis animaliis natos fuerit, tollant inde presbiter ipse una tertiam parte pro utilitate sua et de ipsa ecclesia, faciendum, qualiter boluerit iusta ratione. Et ipse alie due sortis cum tota ipsa capetania que supra diximus, semper sit de ipsa ecclesia, abendum illos eos in supradicta ratione. Et nos iamdicti germani hoc annum ibidem in rebus ipsius ecclesie pastenare faciamus usque conplete mille bites, sicut meruerit, et ipse presbiter ipso

---

[1]) Quid per *superiovi*? et infra quid per *scamagna*? Forsitan aliqua species texturae lini.

pastinum cotidie studiare, sicut meruerit, et binea perfecta illum perducere. Et quantum binum et frudium inde tollere et avere potuerit, totum illut sivi abeant, hita ut per omnis annum ipsa vinea laborare et studiare bona, sicut meruerit, ut proficiant et non dispereant: simulque, et quantum frudium de alia rebus indeque ipsius ecclesie tollere potuerit, similiter totum illut sivi abeant, faciendum quod boluerit. Et amodo et usque quadtuor anni conpleti per annum demus ipsius fusci presbiteri nobem auri tari boni pro comparandum inde vinum, ad sibi abendum, et ad die obiti sui ipsa ecclesia cum ipsa mobilia et cum predicti animaliis in supradicta ratione remittere ad nostra et de nostris eredibus potestate, et eredes suos liceat inde exire cum causa sua. de qua per combenientia guadia nobis ipse fuscu presbiter dedit, et mediatorem nobis posuit roderisius filius quondam grimoaldi : et per ipsa guadia *etc. Sequitur consueta formula*, *statuta mulcta quinquaginta auri solidorum Constantini.* verumtamen et amodo et usque conpleti anni ipse fusci presbiter stetit dare in ipsa ecclesia unum iestarum plenarium, semper ipso iestarum avendum ipsa ecclesia defensatum per ipsum presbiter da omnes homines omnique partibus per supradicta guadia et obligata pena; seu et dedimus licentia had ipsum presbiter, ut liceret illum in ipso lagu paulinum nostrum pertinente nassas ponere pro pisces compreendendum, et quantos pissces ibidem compreenserit, sue sint potestatis. Et hunc brebem scripsi ego ademari notarius.

† Ego petrus me subscripsi

† Ego ademari notarius me subscripsi

† Ego iohannes notarius me subscripsi.

DCCCXIII.

A. D. 1029.

† In nomine domini undecimo anno principatus domni nostri guaimari filii domni guaimari, gloriosi principibus, mense februarius, duodecima indictione. memoratorium factum a me musandus venerabilis abbas monasterii sancte sofie, que sita est intus civitate salerno, Eo quod ante subscripti testes per conbenientia una cum petrus adbocator ipsius monasterii tradidit amati filio quondam ciceri de apus-monte de due pecie de terris cum arbustis vitatis. Una de ex ille, ubi campitellu dicitur, et alia ubi ortellu dicitur, et est ipsa rebus unde ei tradidit, quod pertinet ipsius monasterii a quondam guaiferi filio guai-

feri, qui ipso monasterio construxit per as finis et mensuras: de ex omni parte fine ipsius monasterii : ab occidente sunt inde passi viginti tres : a septemtrione fine medio flubio salterum , sunt inde passi octuaginta: ab oriente similiter medio flubio salter, sunt inde passi decem et nobe: a pars meridie et coniungentes se ad ipsa iamdicta priora fine sunt inde passi octuaginta quadtuor. Ipsa alia supradicta pecia, que dicitur da turellu, est per as fines et mensuras: ab oriente fine via pulbica, sunt inde passi viginti septe: a meridie fine media sepe , sunt inde passi sexaginta sex et medium: ab occidente similiter fine media sepe, sunt inde passi decem et nobe : a pars septemtrionis et coniuncgentes se ad ipsa iamdicta priora fine , sunt inde passi sexaginta hocto , tote supradicte mensurie ad iusto passum homini. De Ec vero supradicte pecie pertinentes ipsius monasterii, cum omnia intro se abentibus et suis pertinentiis, ego ipsius amati ad tenendum et laborandum tradidit in oc hordinem , ut amodo et semper tota et inclita supradicta tradictio ad sua et de suis eredibus sint potestatis tenendum , dominandum , et fovee et omnis sue utilitatis iusta ratione ibidem facere, et ibidem residere et avitare, et cludere et clusum abere, et tota supradicta tradictio, que est terra cum arbustis, per omnis annum apto tempore de super et de subtus illut laborare et operare et cultare bonum, et, ubi meruerit, arbores et vites ibidem plantare, et propaginare, et studiare, et surgere illut, sicut meruerit esse bonum arbustum in ipso locum, ut per omnis annum perfectum pareat laboratum et cultatum, quatenus proficiant et non dispereant, et salbum illut faciant, sicut meruerit. Et per omnis annum per vindemie per apto tempore faciant scire nos et successores nostros ut ibidem dirigamus missum nostrum, et ille et eius eredes tota supradicta tradictio vindemiare et ad palmentum procurare, et poma, si abuerit, colligere et per medietatem dividant: ipso missum predicti monasterii tollant inde de ipso vino et poma medietatem, et ille et suis eredibus reliqua medietate; et ipso missum nostrum, vel pars ipsius monasterii adsignaret ei organeum bonum da vinum ibique ad cellario suo, et ipso horganeum per illut et per suis eredibus siant bonum conciatum, et studiatum, et repositum, sicut meruerit. Et tota ipsa sortione de ipso vino, quod est medietas et poma, quod pars ipsius monasterii evenerit, ille vel eius eredes salbum eos portaret usque ad ipso iamdicto cellarium; et midtat illut intus ipso horganeum, faciendum exinde pars ipsius monasterii quod voluerit. Et usque dum annualiter ipso missum ibidem steterint pro ipsa vindemia, illut vel eius eredes eum nutricare , sicut iustum fuerit, secundum suam possivilitatem; et per omnis annum ad ipso missum palmentatica demus secundum consuetudinem de ipso locum; et de quod annualiter amodo et semper in predicta tradictione seminaberint, deant inde terraticum ad ipso missum ibique in ipsa rebus secundum consuetudinem de ipso locum. Unde

in eo hordinem per conbenientia guadia mihi ipse supradictus amatus dedit, et mediatorem mihi posuit sparanus filius quondam iohanni de eodem locum ; et per ipsa guadia obligavit se suosque filios et eredes , ut preter quale tempore ipsa tradictio in predictum ordinem tenere et laborare non boluerint , et sic inde ad pars predicti monasterii adimplĕre, sicut supradictum, tunc ille et eius eredes tota et inclita supradicta tradictio in iamdictum ordinem laboratam, et operatam, et cultatam remidtat ad potestate predicti monasterii, ad faciendum exinde quod voluerit , et liceat eis inde exire cum omnis sua causa movilia quod ibidem abuerit. Quod si *etc. Statuta mulcta viginti auri solidorum Constantini.* et unc brebem scripsi ego petrus presbiter et notarius qui interfui.

† Ego leo

† Ego amandus presbiter.

DCCCXIV.

A. D. 1029.

† In nomine domini undecimo anno principatus domni nostri guaimarii filii domni guaimarii, gloriosi principibus, mense februarius, duodecima indictione. Memoratorium factu a me musandus monachus et abbas monasterii sancte sofie, qui situm est intus hanc salernitanam civitate, qui fuit pertinente guaiferi filio idem guaiferi comiti, eo quod ante subscripti testes per bona combenientia tradidit andree molinator unum molinum, qui edificatum est in fluvio lirino, in quo sunt alia dua molina in una casa et sedium, et est illut quod ipsius andree tradidi a parte orientis pertinentem ipsius monasterii ; ideo inclitum ipsum molinu cum tertia aqua, qui in ipso cursu de ipsa arcaturia decurrit, et cum omnis ferraturia, quantum ad ipso molinu pertinet abere, et cum canale ibi positu , et lingnamina de ipso sediu, et cum tina, et tremola, et roticinu, et cum arcaturia, et trasita et exita sua , in tali ordine , ut amodo et usque tres anni conpleti ad sua esse potestate illut tenendum, et regendum, et gubernandum, et salbum faciendum, sicut meruerit. Et ipse andreas amodo de sua causa facere et ponere in ipso molinum mole, quali meruerit, ut amodo et usque ipso constitutum cotidie perfecte macenare possant; seum, et quando meruerit facere et ponere ipse andreas ibidem canale, sic tamen, ut nos demus ei medietate pretium, quantum in ipso canale dederit, et cotidie molinum ipsu conciatu abeant, et omnis molitura, quod ibidem intraberit , totum sue esse potestatis : tantum per omnis mense amodo

et usque ipso constitutum dare mihi vel in pars ipsius monasterii nobe modiola de granu bonum ad modiolu iustu domnicum , et per omnes vices die sabbati usque ipso constitutum macenarent in ipso monasterio et gemme, qui fuit uxore ipsius guaiferi, absque omni molitura quantum granu nobis et ipsius gemme necessarium fuerit, bonum et salbum, sicut meruerit; ad conpleti vero ipsi tres anni liceat ille tollerent inde ipse mole de ipsu molinum, et inclitum ipso molinum cum omnis ferraturia, et ambo ipsi canali, et omnis alia lingnamen et sedimen et copertum remitterent ad potestate ipsius monasterii. de qua per combenientia guadia mihi ipse andreas dedi, et mediatore mihi posui se ipsu et sichenolfus de locum cerbaricia [1]) domnica filia quondam sparani; et per ipsa guadia *etc. Statuta mulcta viginti auri solidorum Constantini.* et ille et ipse sichenolfus apposuerunt nobis appignerandum omnis illorum causam legitimo et inlegitimo, quod scripsi ego ademari notarius.

† Ego alderissi notarius me subscripsi

† Ego iohannes notarius me subscripsi.

DCCCXV.

A. D. 1029.

† In nomine domini undecimo anno principatus domni nostri Guaimari filii domni guaimari, gloriosis principibus, mense martius, duodecima indictione. Memoratorium factum a me musandus diaconus ecclesie sancti maximi et filius quondam musandi, eo quod ante presentia maioni presbiteri et abbati predicte ecclesie sancti maximi, una cum illum exet petrus adbocator predicte ecclesie, et ibique adstantibus subscripti testes, per conbenientia per iuxionem ipsius abbati et pro vice ipsius ecclesie tradidi mirandi filio berengneri de saba [2]) et adfiliatus iohanni de locum barbazana, inclita medietate de una clusuria de terra cum arbustis pertinentem ipsius ecclesie sancti maximi de ipso locum barbaciano, pertinentia nucerie propinquo ecclesia sancti polisti, quod ego supradictus musandus diaconus in beneficium teneo ad pars ipsius ecclesie sancti maximi, qui est infra as fines et mensuras: a pars orientis fine propia sepe de ipsa curte, et est per mensuria ab intus secus

---

[1]) Locus extra Salernum.

[2]) *Saba*, vel *Sava*, vicus apud Saranianum in Princ. Salernitano.

ipsa sepe passi centum decem: a pars septentrionis fine via pulvlica, sunt inde passi nobem: a pars occidentis fine media sepe, sunt inde passi quadraginta quattuor, et ab inde rebolbentem circa ipsa sepe in pars occidentis passi decem et septem: iterum a pars occidentis secus sepe passi tridecim, et abinde rebolbente in pars orientis iusta sepe passi undecim, et abinde rebolbente in pars meridie iusta sepe passi viginti tres, et abinde rebolbente in pars occidentis circa sepe passi viginti duo usque in via pulbica: a pars occidentis fine via ipsa, inde passi trigînti sex: a pars meridie sicut rebolvit fine ipsa via pluvica, inde passi triginta octo: a pars orientis circa alia sepe passi viginti octo, et abinde rebolbente secus sepe in partibus orientis passi sidecim, de alia parte per via passi quadtuordecim et medium, totum mensuratum ad iusto passum omini; de anc vero clusuria per supradictas fines et mensuras inclita medietate ego supradictus musandus diaconus una cum ipsum adbocator ipsius mirandi, sicut dictum est, ad laborandum tradidimus. In oc ordine, ut amodo et senper ipse mirandus et suos eredes, natos nassentes, ad eorum sit potestatem ipsa medietate, quod eorum tradidimus abendum, et fovee et omnis sue utilitatis iusta rationem ibidem faciendum, et casa ibidem faciant et ibidem resideant et abitent, et annualiter apto tempore tota et inclita ipsa tradictio, quod superius ei tradidimus, qui est bonum arbustum, totum bitatum, et surtum et operatum, de super et de subter, tota ipsa tradictio operent et cultent per omnis annum et studient, et, ubi meruerit, arbores et vites illis illut ibidem plantent et propaginent, et illut studient et surgant, et totum illut sic operent, ut în bonum proficiant et non dispereat, et per omnis annum per vindemie per acto tempore faciant scire me supradictus musandus diaconus, vel pars ipsius ecclesie sancti maximi, ut ibidem ego supradictus musandus diaconus ibidem badam, vel missum ipsum ibidem dirigamus, ego vel pars ipsius ecclesie, et ille vel eius eredes tota ipsa tradictio vindemient, et omnis poma inde colligant per omnis annum, et de omnis poma et vinum exinde ibique inclita medietate nobis deant, et alia medietate inde sivi abeant, faciendum quod boluerint, et per omnis annum ego supradictus musandus diaconus, vel pars ipsius ecclesie, adsingnemus eorum organeum da vinum ad cellarium predicte ecclesie da li pariti, ubi pars ipsius ecclesie sancti maximi cellarium abet, ubi posant ipsa medietate de ipso vinum, quod da illis nobis benerit mittere, et illis per omnis annum organeum ipsum bonum concient, et labent, et studient, sicut meruerit, et reponant ipso organeum intus ipso cellarium de li pariti, ubi nos eorum mostraberimus, et per omnis annum ipse mirandus vel suis eredes cum suo espendio portent totum ipso vinum, quod de illis nobis in sorte benerit per annum, et mittant illut in ipsum organeum quod illis conciaberint, et faciamus exinde quod boluerimus; et si non subficiet unum organeum,

demus eorum tanta organea, ubi posant mittere per annum ipsa nostra medietate de ipso vinum, quod de illis nobis benerit, et illis annualiter ipsa organea concient, et ipso vinum nostrum ad ipsum cellarium nostrum portent et in ipsa organea mittant, sicut supra legitur, et ipso missum nostrum annualiter nutriant, usque dum per annum pro ipse vindemie ibi steterint, sicut meruerit et illorum fuerit possivilitatis, et darent nobis palmentatica annualiter, sicut meruerit. Et de quod amodo et senper per annum in ipsa tradictione seminaberint, deant inde nobis, vel in pars ipsius ecclesie per omnis annum terraticum secundum consuetudinem de ipso locum, et obligavit se ipse abbas et successores suos defensandum ipsius mirandi et ad illius eredes amodo et senper supradicta tradictio, cum bice de via sua, da omnes omines omnique partibus: preter, quale tenpore ipse mirandus, vel suis eredibus ipsa tradictio in supradicto ordine tenere et laborare non boluerint, aut non potuerint, tunc tota et inclita ipsa tradictio per supradicto ordine laborata, et operata, et cultata, et clusa rebertatur ad potestatem ipsius ecclesie sancti maximi, ad faciendum quod boluerit; et si de pertinentia nucerie exierint pro aliubi ad avitandum, vel si talem fecerint culpam, unde cecidere debeant, similiter tota ipsa tradictio, sicut supra legitur, rebertatur ad potestatem da pars ipsius ecclesie sancti maximi, ad faciendum quod boluerit. Unde in eo ordine per conbenientia guadia michi ipse mirandus dedit, et mediatorem michi posui iaquintus filius iohanni altrude de locum pao; et per ipsa guadia obligavit se ipse mirandus et suos eredes adinplendum michi nominato mosandi diaconus, vel in pars ipsius ecclesie omnia suprascripta per supradicto ordine; et si taliter *etc. Statuta mulcta viginti auri solidorum Constantini.* verumtamen ipsa medietas infra suprascripte finis et mensurie, quod superius in supradicto ordine ipsius mirandi tradidimus, est in pars occidentis, et ipsa alia medietas in pars orientis remansit ad potestatem supradícte ecclesie sancti maximi, quod ego supradictus musandus diaconus in beneficium teneo, et unc brebem scripsi ego alderisi notarius.

† Ego alderissi notarius me subscribsi

† Ego iaquintus notarius me subscripsi.

DCCCXVI.

A. D. 1029.

† In nomine domini undecimo anno principatus domni nostri guaimari filii domni guaimari, gloriosi principibus, mense martius, duodecima indictione. Ideoque ego iohannes filius quondam rofi de locum nucerie, de sicut michi congruum est, bona etenim mea voluntate per anc hcartulam ante subscripti testes venumdedit tibi machenolfi filio quondam machenolfi de eodem locum nucerie una peciola de terra mea, cum aliquante plante de abellane et bacuum uno tenientem, quod ego abeo in iamdictum locum nucerie a super ecclesia sancti prisci ubi ad catapalubulum dicitur, per hec finis et mensurie: a pars occidentis fine de consortibus meis, inde passi decem et nobem: a pars meridie sicut medio balletellum discernit, inde passi quadtuordecim et gubito: a pars orientis fine de consortibus meis, sunt inde passi viginti: a pars septemtrionis et inde similiter fine de consortibus meis, abet inde passi decem et gubito unum, totum ad iusto passum homini est mensuratum. hec vero rebus per iamdicte finis et mensurie, cum omnia intro se abentibus hominibusque suis pertinentiis et cum vice de via sua, totum et inclitum illut tibi machenolfi venumdedit, ad securiter et firmiter amodo et semper tu tuique heredibus illut eos abendum, dominandum, possidendum, vel omnia inde faciendum quod volueritis, sine omni contrarietatem mea vel de meis heredibus, aut cuiquam hominibus; et obligo me qui supra iohannes tibi machenolfi vel ad tuis heredibus, ut si aliquando tempore ego vel meis heredibus ipsa rebus da petruro daturo aut vendituro abuero, non abeamus potestate aliicuicunque illut venumdare, aut infiduciare, preter ad tibi vel ad tuis heredibus; et, quando illut daturo aut bindituro abuerimus, faciamus scire ipse machenolfus vel suis eredibus pro illut tollendum et dandum inde nobis iusto balientem pretium, que iuste fuerit apretiata, expectemus nos illut pro illut tollendum in tertio constituta, de duodecim in duodecim, dies triginta sex; et si infra ipsa constituta illut emere et tollere noluerint post ipsa constituta, licead illut ei dare cui voluerimus; nam si ante ipsa constituta cuicunque illut dederimus, ut de sua potestate esset substractum, tunc sine pretium redeant ad potestate sua vel de suis heredibus. unde pro confirmanda et staviliscenda superscripta mea vinditione et obligatione a presentis recepi a te exinde duodecim auri tari boni in omne deliberatione, sicut inter nos combenit, finitoquem vero mea vinditione et obligatione. de qua ego iohannes vona mea voluntatem guadia tibi machenolfi dedit, et mediator tibi posuit iohannes pipola

filius quondam sergi de eodem locum nucerie ; et per ipsa guadia *etc. Sequitur consueta formula , statuta mulcta viginti auri solidorum Constantini.* quam te iohannes notarius scribere rogavimus, actum nucerie.

† Ego amatus

† Ego iohannes.

DCCCXVII.

A. D. 1029.

† In nomine domini undecimo anno principatus domni nostri guaimari filii domni guaimari, gloriosi principibus, mense magius, duodecima indictione. memoratorium factum a me musandus domini gratia abbas monasterii sancte sufie, que dedicata est intus anc salernitanam cibitatem que fuit guaiferi filii quondam guaiferi comiti , eo quod ante subscripti testes per vona combenientia tradidit petro et iohanni germani filii quondam iohanni de una pecia de terra cum vinea, et bacibu, et arbori de arbustum, et castanietum, quod pars ipsius monasterii abet in locum silia in ista parte flubio pecentino per fines et mensuria: da parte orientis fine bia, inde sunt passi centum quadraginta sex : a meridie fine bia , inde sunt passi quadraginta duo : ab occidente fine media sepe, inde passi centum biginti quadtuor: a parte septemtrionis fine predicti monasterii , inde sunt passi sexaginta duo , totum ad iusto passum ominis mensuratum; ideo, ut diximus, quantum inde pertinet predicto monasterio, totum et inclitum illut eorum tradidit in tali ordine, ut amodo et semper ad sua et de suis eredibus sint potestatem illut tenendum, et fobee et omnis sue utilitatis iusta rationem ibidem facere, et ibidem residere et abitare, et amodo, ubi meruerit pastenare arbores et bites, et surgerent de bono vitineo et pomis, sicut meruerit, ut ad completi autem duodecim anni abeant totum illut surtum arbustum et pomis et insitetum, totum vonum surtum, et operatum, et cultatum, ut perfectum totum illut pareat factum, et operatum, et cultatum, seum clusum, sicut meruerit. Et quando boluerit illis ipsa vinea inde abscidere, et amodo per annum suo tempore totum illut de super et de subter laborare et cultare et frudiare, sicut meruerit in ipso locum, ut per omnis annum bonum laboratum et studiatum pareat, quatenus in melius proficiant et non dispereant, et salbum illut faciant, et per annum de vindemie faciant scire nos aut pars iamdicti nostri monasterii, ut missum nostrum illuc dirigamus, et illis totum illut suo tempore vindemiare, et poma inde

colligere, et omnis vinum exinde ibique ad palmentum inter nos dibidamus per medietatem, amodo et semper nos tollamus illut medietatem et illis medietatem; et ipsum missum nostrum, dum ibidem steterit pro ipse vindemie, illis eum nutrire secundum sua possivilitatem et palmentateca per annum nobis dare, sicut meruerit; de que per annum ibidem seminaberit, deant inde nobis vel in pars ipsius monasterii inclita tertiam parte, due sortionis inde sibi abere, et ipsa nostra sortione de ipso vinum illis per annum salbum portare debeant usque ad cellarium nostrum de ipso locum et mitterent illut salbum in organea nostra, que ibique eorum adsingnaberimus per illis vonum conciata et studiata, sicut meruerit, ipse insite et castanee per annum colligere et seccare bone, sicut meruerit, et inclita medietate exinde ibique nobis vel in pars ipsius monasterii dare, et medietatem inde sibi abere ; et si ipsi germani vel illorum eredes rebus ipsa tenere et laborare noluerit in suprascripto ordine da ipso constitutum in antea , tota suprascripta rebus bona laborata, et cultata, et clusa remittant ad potestate ipsius monasterii, faciendum que boluerit, et illis liceat inde exire cum omnia sua causa et ire cum illut, ubi boluerit. de qua per bona combenientia guadia mihi ipsi germani dederunt, et mediatorem mihi posuerunt ipsum petrus se ipsum et iaquintus germanus illorum; et per ipsa guadia *etc. Statuta multa viginti auri solidorum Constantini.* et hunc brebem scripsi ego iohannes notarius.

† Ego alderissi notarius me subscripsi

† Ego ademari notarius me subscripsi.

DCCCXVIII.

A. D. 1029.

† In nomine domini undecimo anno principatus domni nostri Guaimarii filii domni guaimarii gloriosi principis, mense magius, duodecima indictione. Memoratorium factu a me ursu filio quondam prandi abitator in actu nuceria, Eo quod ante presentia domni amati gratia dei venerabili archiepiscopi sancte sedis archiepiscopatui salernitano, et ibidem adesset subscripti ydoneis hominibus, per iussionem ipsius domni archiepiscopi tradidit mihi ferrandus clericus de rebus cum arbustis vitatis pertinentes ipsius archiepiscopii, quod abet in ipso actu nuceria, ubi ad sala dicitur, qui de omni parte ad fine ipsius archiepiscopii coniuncta est; abet enim a pars septemtrionis passi centum. A pars occidentis abet passi quinquaginta. A parte meridie abet passi centum quadtuor. Ab orientem abet passi quinquaginta quadtuor. de rebus ista infra iamdictas mensuras tradidit inde mihi inclita me-

dietate in pars orientis tali hordine, ut amodo et semper ad mea et de meis heredibus, natos nascentes, sit potestatis illut tenendum et dominandum, fobee et omnis nostre utilitatis ibi faciendum iusta rationem, et in casa que ibi iam facta abemus, resideamus et abitemus, et totis arbustis de ipsa traditione annualiter apto tempore lavoremus et, ubi minus abuerit arbores et vites, ibi eos planctemus et propagines, ubi meruerit, tragamus, et sic totis arbustis de ipsa traditione annualiter apto tempore lavoremus, et studiemus de super et de supter, sicut locus ipse meruerit, ut proficiat semper in melius et non dispereat, et bonum pareat lavoratum, curam et vigilationem inde abeamus et salbum illut faciamus iusta ratione; et annualiter per vindemie scire faciamus pars ipsius archiepiscopii, ut illuc dirigad missum suum, et nos totis arbustis de ipsa traditionem vindemiemus et vinum ipsum ibidem ad palmentum procuremus; et de omnis vinum quam inde exierit, tollad pars ipsius archiepiscopii medietatem, et nos medietatem, et ipsa sorte illorum de ipso vinum nos portemus per annum ad cellarium de pars ipsius archiepiscopii quod illuc abet ad plebem sancte marie, et reponamus illut in organeum indeque, ubi stetimus portare circla dua et adiubare ad conciandum et studiandum; et dum pro ipsa vindemia illuc steterit missum ipsius archiepiscopii, nos illum nutriamus secundum nostram possivilitatem, et palmentatica ei demus, sicut consuetudo est; de quod autem per annum ibi seminaberimus, terraticum inde demus ibique ad aream ad missum ipsius archiepiscopii quem scire fecerimus, secundum consuetudo ipsius locis, et ipso aliut nobis abeamus, et stetit pars ipsius archiepiscopii semper ipsa traditione cum vice de bia sua mihi meique heredibus defensandum ab omnibus ominibus omnique partibus. preter quale tempore illut tenere et laborare noluerimus aut non potuerimus, tunc inclita ipsa traditione cultata et studiata de bonis arbustis vitatis remittamus in pars ipsius archiepiscopii, et licead me et meis heredibus inde exire cum omnia nostras causas mobilia et pergamus, ubi voluerimus. unde in eo hordine per conbenientiam per iussionem ipsius domni archiepiscopi guadia mihi dedit ipse ferrandus clericus, et mediatorem mihi posuit iohannes clericus filius quondam falki, ut si taliter omnia suprascripta pars ipsius archiepiscopii nobis non adimpleberint et aliquit inde contradixerint, per ipsa guadia componere obligavit se ipse domnus archiepiscopus et suis successoribus et pars ipsius archiepiscopii mihi nominato ursi quam et ad meis heredibus, natos nascentes, biginti auri solidos costantinos. Quod scripsi ego myrandus notarius qui interfui feliciter.

† Ego iaquintus presbiter et primicerius

† Ego amatus clericus

† Ego iaquintus subdiaconus.

DCCCXIX.

A. D. 1029.

† In nomine domini undecimo anno principatus domni nostri guaimarii gloriosi principis filii domni guaimari, mense magius, duodecima indictione. Ideoque nos radoaldus filius quondam maraldi de correiano finibus salernitane, et mulier nomine roma, qui primis fuit uxore supradicti maraldi et modo sum uxore iaquinti filii iannemari, declaro ego radoaldus, quoniam mihi est pertinentem abere rebus in ipso locum correiano a pars ipsius maraldi qui fuit genitorem meum, et abere terram cum casa intus anc salernitanam cibitate, et mihi iamdicte mulieres in ipsa rebus et in ipsa terra cum casa pertinentem est abere quartam partem a parte ipsius maraldi qui fuit priore viro meus; modo autem, sicut nobis iamdicti mater et filius, sicut nobis congruum est nostre bone boluntatis, per anc cartulam ante subscripti idoneis ominibus donabimus adque ad semper abendum confirmabimus tibi leoni, qui sint thio et congnatum nostrum et filium bisantii, tota et inclita ipsa rebus de iamdictum locum correiano, et ipsa terra cum casa, qualiter pertinentes fuit abere a parte ipsius maraldi, qui fuit genitor et birum meumque mulieres. unde ego iamdicta mulier erga me combocabit isto iaquinto secundo biro meus, ut inde mihi consentire; ille autem, exaudita mea postulatione, mihi inconsentiens esset, et una simul pariter donabimus adque ad semper abendum confirmabimus tibi leoni tota et inctita ipsa rebus et ipsa terra cum casa, qui fuit ipsius maraldi genitorem et birum nostrum, ad securiter et firmiter amodo et semper tu et tuos eredes supradicta nostra donatione abendi, possidendi, dominandi, omnia exinde faciendi que bolueritis, asque omni nostra et de nostris eredibus contrarietatem vel requisitione. unde pro confirmandam et stabiliscendam nobis anc nostra donatione, nuc a presentis recepimus a te iamdicto leo iusta legem launegilt biginti quatuor auri tari boni in omnis deliberatione, sicut inter nos combeni; de qua per bona combenientia nos iamdicti mater et filius guadia tibi iamdicto leoni dedimus, tamen ego iamdicta mulier per consensum et bolumtate de isto secundo biro meus, et una cum illum dedimus et mediatorem tibi posuimus nos ipsis; et per ipsa guadia obligabimus nos et nostris eredibus amodo et semper antistandum et defensandum tibi tuique eredibus inclita supradicta nostra donatione da illi ominibus et partibus, qui pro nostra parte et datum, aut pro pars et datum ipsius genitorem et birum nostrum quodcumque causatione inde vobis preposuerit: de alii bero hominibus et partibus per vos ipsis illum nobis defensetis, qua-

liter bolueritis *etc. Sequitur consueta formula , statuta mulcta quadraginta auri solidorum Constantini.* et taliter scribere rogabimus te iaquintus notarius, actum salerno.

† Ego ursu me subscripsi

† Ego iaquintus.

DCCCXX.

A. D. 1029.

† In nomine domini undecimo anno principatus domni nostri guaimarii filii domni guaimari, gloriosi principibus, mense iulius, duodecima indictione. Memoratorium factu a me musandus dei gratia abbas monasterio sancte sofie, qui situm est intus hanc salernitana cibitate, qui fuit pertinentem cuidam guaiferi filio idem guaiferi comiti, eo quod ante subscripti testes per convenientia tradidit iohanni et stefano germani filii petri de due pecie de terris cum arbustis de locum nuceria, ubi statua dicitur; una ex ipse pecia per as finis et mensuras: de ex omni parte fine ipsius monasterii: ab oriente passi septuaginta octo, et rebolbente in partibus occidentis passi quindeci et pedes duo, et abinde rebolbente in partibus meridie passi sexaginta quadtuor: a parte meridie iusta via publica passi biginti quadtuor et pedem unum: a parte occidentis passi sex et guvita tres et palmum, et abinde rebolbente in pars septemtrionis passi biginti quinque et medium: de supradicta mensuria de medietate exinde qui fuit guaiferi, tradidit exinde ipsorum iohanni et stefani inclitum illut quod pertinet in ipso monasterio: ipsa alia pecia similiter per as finis et mensuras: de ex omni parte fine ipsius monasterii, per mensuria ab oriente passi decem et octo: a meridie passi biginti quadtuor: ab occidentem passi decem et nobem: a septemtrionis passi biginti septem: tota supradicta mensuria ad iusto passum: similiter et de ista pecia tradidit ipsorum germani inclitum illut quod exinde pertinet in ipso monasterio: in tali ordine supradicta traditione illorum tradidit, ut amodo et semper ad sua et de suis eredibus esset potestatis illut tenendum, et fovee et omnis sue utilitatis ibidem faciendum, et ibidem residere et avitare, et per omnis annum suo tempore ipsis arbustis de super et de supter laborare, et cultare, et propaginare, et, ubi meruerit, arbores et vites ibidem plantare et surgere, et sic per annum totum illut laborare et cultare, sicut in ipso locum meruerit, ut proficiant et non dispereant, ut per omnis annum bonum laboratum pareat et salbum illut abeant. et per annum de vindemie faciant illis scire pars ipsius

monasterii, ut missum nostrum illuc dirigant, et illis arbustis ipsis suo tempore vindemiare, et omnis vinum exinde ibique ad palmentum, et si poma ibidem fuerit, totum ibique dividamus per medietatem: pars ipsius monasterii exinde medietatem, et illis medietatem; et si ipsa medietate ipsius monasterii de ipso vinum et per annum illis portare debeant salbos usque ad cellarium de ipso locum ipsius monasterii, et mittant illut ipso vinum salbum in organeum ipsius monasterii per illis bonum conciatum et studiatum, sicut meruerit, ita ut, si placuerit ad pars ipsius monasterii, per annu ipso vinum sortione nostra illis reponere debeant ibique in casa illorum in organea nostra, per illis bona conciata et studiata, sicut meruerit, et faciant illis ipso vinum salbum, dum illut inde tollamus absque degeneratione et ingne: missum nostrum, dum pro ipse vindemie ibidem steterit, illis eum notrire secundum illorum possivilitate, et per omnis annum deant illis ad pars ipsius monasterii palmentateca: de que per annum in ipsa rebus illis seminaverit, deant ad pars ipsius monasterii terraticum secundum consuetudo de ipso locum. preter, quale tempore rebus ipsa illis vel suos eredes tenere et laborare noluerit in supradicta ratione, inclitum illut bonum laboratum, et cultatum, et studiatum, et, ubi meruerit, clusum rebertar ad potestate ipsius monasterii, faciendum inde quod boluerit, et illis vel illorum eredes inde exire cum omnis sua causa et ire, ubi boluerit. de qua per vona convenientia guadia mihi ipsi germani dederunt, et mediatores mihi posuerunt se ipsis; et per ipsa guadia *etc. Statuta mulcta viginti auri solidorum Constantini.* et hunc brebem scripsi ego ademari notarius.

† Ego roderisius

† Ego iohannes notarius me subscripsi.

DCCXXI.

A. D. 1029.

Summarium:

† Undecimo anno principatus Guaimarii filii Guaimarii principis, mense. . . . . duodecima Indictione.

Emptio castaneti, et sylvae Nuceriae, ubi ad Preturum dicitur, facta per Ioannem Erberti filium Ioanni filio Rofrid.

« *Finis textus et subscriptiones testium* :

Et taliter scribere rogavimus te ademari notarius, actum uius nucerie.

† Ego qui supra alfanus

† Ego amatus

† Ege miro.

DCCCXXII.

A. D. 1030.

† In nomine domini duodecimo anno principatus domni nostri Guaimarii filii domni guaimarii glorioso principe, mense februarius, tertiadecima indictione. In sacro salernitano palatio ante predictam gloriosam potestatem adessem ego (*deest nomen*) causavit disiiu filius quondam corbi, pro pars et vice cetre genitrici sue et filia quondam saracki, cum maio presbiter et abbas ecclesie sancti maximi que est constructa intus hanc salernitanam civitatem, dicendum ei, ut ipse abbas malo hordine introisset in rebus pertinentem ipsius cetre genitrici sue in locum sanctu martinu de agellu et per pertinentia eidem loci, et fobee ibidem fecisset, et arbores inde abscidisset, et frudium inde tulisset, et ipsa rebus pro pars eidem ecclesie ipsius cetre contrasset: ipse abbas dixit, ut pars ipsius ecclesie sancti maximi plures rebus in predictum locum et per pertinentiam eidem loci habere, set nescire de quale cum eum causaret ipse disiiu pro vice ipsius genitrici sue : ipsa gloriosa potestas iudicavit, et ipse abbas pro pars ipsius ecclesie cum predicto disiius guadiare fecit, ut pars predicte ecclesie cum predictus distius pariter ibidem pergeret cum iudicem et notarium, et ipse disiius pro pars ipsius genitrici sue monstraret ad pars ipsius ecclesie ipsa rebus, unde superius cum eum causavit, et pars predicte ecclesie plicaret se cum sua ratione, et ipse disiius plicaret se cum ratione ipsius genitrici sue et cum suam rationem , et secundum legem inter se inde finem facerent , et ad ipsa finitionem plicaret ipsa genitrice sua, et una cum illa ipsa diffinitione cum pars ipsius ecclesie faciad. Unde ipse disiius posuit mediatorem machenolfus filius quondam iaquinti, et ipse abbas pro pars eidem ecclesie posuit mediatorem guaiferi comes filius quondam dauferi. Et pro parte ipsius ecclesie scripsi ego Iohannes notarius qui interfui.

† Ego qui supra iohannes comes.

DCCCXXIII.

A. D. 1030.

† In nomine domini duodecimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis filii domni guaimari, mense februarius, tertiadecima indictione. Memoratorium factu a nobis leo et iohannes atrianensi, qui sumus germani filii ursi de lupino, eo quod ante subscripti testes per bona combenientia ad tenendum et laborandum tradidimus marino filio iohanni, qui dicitur de rudipertus, terra nostra cum binea et cannnietum quod abemus in locum beteri, et est per ec finis et mensurie: ab oriente fine bia plubica que pergit ad mare , sunt inde passi quadraginta duo: alia quidem parte fine bia qui descendit ad flumen de beteri, sunt inde passi sexaginta duo, et rebolbente in parte septemtrionis per fine nostra et de consortes nostros, inde passi triginta usque ripa de predictum flumen: a parte occidentis fine nostra , sunt inde rectum mensurati passi quinquaginta : ex alia quidem pars rectum mensurati da ripa de ipso flubio usque ipsa priore bia passi sexaginta octo, totum mensuratum ad iusto passum ominum. Ec bero terra cum binea et cannietum per supradicte mensurie nos germani illut ipsius marini ad tenendum et laborandum tradidimus in tali ordine, ut amodo et omni tempore ad sua et de suis eredibus sint potestatis ipsa rebus tenendi et dominandi, et fobee et omnis illorum utilitatis iusta ratione ibidem facere, et temporibus suis ipsa binea scalciare, propaginare , potare , et inpalare bona, et legnare, et zappare , et sic illam per omnis annum de super et de supter laborare et cultare, ut proficiant et non dispereant, et per omnis annum paread bona laborata, et ibidem residere et abitare, et ubi meruerit, rebus ipsa cludere, et clusam illam abere et salbam illam facere, sicut meruerit; et per omnis annum per bindemie faciant scire nos et nostris eredibus, ut ibidem dirigamus missum nostrum, et ille et eius eredes tota ipsam binea bindemiare, et omnis binum ibique ad palmentum inter nos dibidere per medietatem: nos tollamus illut medietatem, et illis medietatem. unde in eo ordine per bona combenientia guadia nobis ipse marino dedi et mediatorem nobis posuit se ipsum, et per ipsa guadia *etc. Statuta mulcta viginti auri solidorum Constantini.* verumtamen memoramus et ipso cannietum, qui est in ipsa mensuria, diebus bite ipsius ursi genitorem nostrum retinerent illum ad suam potestatem et post obitum eius perbeniant in nostram potestatem in eo hordine, ut per omnis annum tollatis inde, ut sufficiant legandum ad ipsa binea, et nos similiter inde tollamus, ut sufficiant legandum ad ipse binee nostre in ipso

locum beteri, et ipse alie quod inde remanserit, ille inter nos dibidamus per medietatem per omnis annum: illis tolleret ille medietatem, et nos medietatem: poma qui in ipsa rebus sunt, medietatem illa nobis dare, et medietatem illa sibi abere, quod scripsi ego iaquintus notarius.

† Ego petrus

† Ego romoaldus me subscripsi.

DCCCXXIV.

A. D. 1030.

† In nomine domini duodecimo anno principatus domni nostri guaimarii filii domni guaimarii gloriosi principis, mense aprilis, tertiadecima indictione. Memoratorium factum a me alfanus filius quondam leoni, eo quod ante subscripti idoneis hominibus per combenientia partionis ordine tradidit michi ad tenendum et pastenandum praxsi presbiter et abbas rector hecclesie sancti nicolai, qui constructum est in locum beteri ubi proprio gallucantu dicitur, pertinentem ecclesia ipsa lamberti comiti filio bone memorie adelberti comitis, et adelberti comiti filio quondam landoari comitis, qui sunt thio et nepotes, una pecia de terra bacua, quod pars prephate hecclesie abet et pertinentes est abere in locum salictum mitilianense finibus per as fines et mensuras: a parte meridie fine exdicte ecclesie, sunt inde passi triginta sex: de supter parte, quod est a parte orientis, similiter fine eiusdem ecclesie, sunt inde passi quinquaginta: a partibus septemtrionis fine ipsius hecclesie, sunt inde passi alii quinquaginta : a parte hoccidentis fine, sicut discernit media serra in quo plagarie pertinentem eiusdem ecclesie sunt, cessantes se ab ipse plagarie in subto in omni loco passi tres et inde sunt de longitudo terra ipsa passi sexaginta quatuor, totum mensuratum ad iusto passum homini; hec bero rebus infra predicte finis et mensuras per apsolutionem de ipsi thio et nepotem ipse abbas una cum romoaldo notario adbocatorem predicte ecclesie michi nominati alfani partionis ordine ad pastenandum michi tradiderunt. Tali ordine, ut amodo et usque septem anni completi suprascripta traditione cum bice de via sua nostre potestatis teneamus et dominemus, et fobeas et omnis nostre utilitatis ego et meos heredes ibi faciamus et abeamus, et circoitum illut cludamus, et reditum intus ipsa rebus faciamus, et ibi abitemus, et tota rebus ipsa vinea de bono bitineo pastenemus et cannietum et salices, sicuti in ipso locum meruerit, et annualiter illas studiemus, et inpalemus et sur-

gamus; sic tamen, ut nullam damnietatem aut lesionem in ipse plagarie faciamus, quod ad suam potestatem reserbavit partibus eiusdem hecclesie. Et quantum vinum et quicquit frugens annualiter usque ipso constitutum inde exierit et fecerimus, totum illut nobis abeamus, faciendum quod boluerimus; ad completi ipsi septem anni ego et meos heredes abeamus in tota ipsa terra vinea facta et operata, sicut de tantos annos meruerit, et da inde in antea usque annos quinque, quod flunt amodo annos duodecim, similiter ibi resideamus et abitemus, et tota ipsa terra cum vinea de super et de suptus annualiter suis temporibus laboremus et cultemus et surgamus, ut bona pareat per annum laborata et clusa, et salbas illas faciamus. Et per omnis annum per vindemie ego et meos heredes faciamus scire ipse abbas vel partibus eiusdem hecclesie, ut ibi dirigant missum suum, et nos suo tempore tota ipsa vinea vindemiemus, et quantum vinum annualiter inde exierit et fecerimus, in tertiam partem ibi ad palmentum ibi dibidamus: pars eiusdem ecclesie tollat exinde una de ipse sortis, quod est tertiam partem, et nos tollamus ipse relique due sortis: ipse missum, dum pro ipse vindemie ibi steterit, nos illum nutrikemus secundum nostram possibilitatem et palmentaticum ad eum demus, sicut consuetudo est. Ad completi ipsi duodecim anni ego et meos heredes abeamus in tota ipsa terra vinea de bono vitineo, et cannietum, et salicetum factam, et operata, et cultata, et inpalata, et perfecta surta, sicut de tantos annos et locus ipse meruerit, ut bona pareat operata, et circoitum clusa bona et salba; et, ubi hoc in predictum constitutum illut operatum abuerimus, faciamus scire ipse abbas vel partibus eiusdem ecclesie, ut ibi beniant et provideant, et ego et meos heredes tota ipsa terra cum vinea infra predicte finis et mensuras, et de quantum extra ipsas mensuras ibi coniuntum pastenaberimus, si surtum fuerit, dibidamus illut per medietatem: ipse abbas vel partibus eiusdem hecclesie prius tolleret una de ipse sortis, quod est medietatem de tota rebus ipsa pro parte predicte hecclesie, faciendum quod boluerit, et michi nominati alfani et ad meis heredibus ipse abbas et suis successoribus et partibus predicte hecclesie darent et traderent in perpetua nostra sorte, abendum integra ipsa reliqua medietatem de ipsa terra cum vinea, cum bice de via sua, per talem firmam securitatem, ut omni tempore ego et meos heredes securiter et firmiter illut abere et possidere baleamus et faciamus exinde omnia quod boluerimus, et omni tempore ipse abbas et suis successoribus, vel partibus ipsius hecclesie defensare michi nominati alfani et ad meis heredibus integra ipsa medietatem de suprascripta rebus, quod nobis exinde in sortione hoc benit cum bice de via sua, da omnes homines omnique partibus, et non illut vel exinde nobis tollere aut contrare: hec omnia suprascripta ipse abbas mecum fecit per apsolutionem et largietatem de ipsi comitibus dominii predicte hecclesie et de iamdicta rebus reditum et pal-

mentum, quod illis diebus in suprascripta rebus abuerimus, si ebenerit in ipsa nostra sortione, abeamus illut nobis, faciendum quod boluerimus; et si ebenerit in ipsa sortionem quod pars eiusdem hecclesie compreenserit, potestatem abeant ego et meos heredes intus ipsam suam sortionem introire, et exinde exsigere ipso reditum et palmentum, et exinde tollere omnem meum alium mobilem quod illis diebus ibi abuerimus, et illut inde excutere et facere quod boluerimus, apsque omni contrarietate vel requisitionem de partibus eiusdem hecclesie et de ipsi commitibus, vel et de illorum heredibus. Tantum, si ego nominatus alfanus et meos eredes aliquando tempore ipsa mea sortionem de predicta rebus daturam aut vindituram abuerimus, faciamus exinde scire ipse abbas vel partibus eiusdem hecclesie pro illut a nos emendum per tertio constitutum, usque diebus triginta sex, dandum inde nobis iusto balientem pretium qui iuste fuerit adpretiatum ; et si pars predicte hecclesie rebus ipsa a nos emere noluerit et daret exinde nobis iusto balientem pretium, tunc post ipsa constitutam liceat nos eos dare cui boluerimus. Nam, si ante ipsa constituta cuicumque illut dederimus sine licentiam et apsolutionem de partibus eiusdem hecclesie, ut de nostra potestatem esse supstractum, sine pretium redeant rebus ipsa ad potestatem in partibus predicte hecclesie, faciendum quod boluerit, apsque omni contrarietate mea et de meis heredibus. Unde de omnia suprascripta ipse abbas michi adinplendum per bona conbenientia et per demandationem de ipsi thio et nepotem guadia michi ipse abbas una cum predicto adbocatore dedi et mediatore michi posuit iohanne filio quondam amati; et per ipsa guadia *etc. Sequitur consueta formula, statuta mulcta viginti auri solidorum Constantini.* Et hunc brebem scripsi ego romualt notarius qui interfui.

† Ego ciciro notarius me subscripsi

† Ego petrus me subscripsi.

DCCCXXV.

A. D. 1030.

† In nomine domini, duodecimo anno principatus domni nostri guaimari filii domni guaimari gloriosi principibus, mense aprelis, tertiadecima indictione. Ante me dauferi castaldum causabit sellicitus monachus filius ciceri de balnearia cum machenolfus, congnato suo et filio benedicti fogari presbiter, de rebus eius que fuit ipsius ciceri genitor ipsius sellicti et socero ipsius machenolfi, unde ipse machenolfus per ipsa ratione debet tollere

et abere de tota ipsa rebus ipsius ciceri inclita tertia pars et de alie rebus parationis ipsius machenolfi. Unde et ipse sellictus dicebat, ut ipse machenolfus abere monimen pertinente ipsius sellicti et machenolfi, et ipse machenolfus dicebat, ut ipse sellictus aberet monimen pertinente ipsius sellicti et machenolfi. Unde ego qui supra castaldus inter eis iudicavimus et utrisque illis guadiare fecimus, ut amboque partibus excotere quante monimen voluerit et iurare amboque partibus ad sancta dei evbangelia, ut plus monimen non abuerit per partes, et ipsa rebus aberet et possiderent, sicut illorum monimen continunt. Et statim ibique presens per partes ostenderunt ipsa monimina quod legere fecimus, brebem continente de anno vicesimo quarto principatus domni nostri gisolfi gloriosi principi et patricii, mense iulii, quartadecima indictione: angelpertus filius leoni ante bonorum ominibus guadia dederat salprandus filius (*deest nomen*) de locum pellezano, ut daret exscaticum ipsius angelperti de locum decemari, scriptum istum brebem per manus guisone subdiacono et notario, et ibidem scripto ildericus subdiaconus et frapertus subdiaconus. Et dua berua sigillata temporibus domni guaimari gratia principis: contineba ipsa scripta sigillata, ut angelpertus filius leoni de locu baniara, ut omne datione, et petitione, et portaticum, et excaticum, plateaticum, seum et omne servitium quod nostri palatiu facere undecumque debueritis, ut infra totum actum nostro salernitano emeritis aut benumdederitis, integrum ipsum plateaticum tuo et de tuis heredibus etbeniad potestate, et aliut contineba ipsa scripta sigillata. Et alia cartula quod non potuimus legere. Alia cartula de anno vicesimo septimo principatus domni nostri guaimari et primo anno domni iohanni eius filio gloriosi principibus, mense octuber tertiadecima indictione. Ideoque ego cicerus filius beniti de balnearia, de sicut michi congruum est, vona etenim mea voluntate per anch cartulam ante idoneis ominibus testes dono adque ad semper abendum confirmo tibi machenolfi genero meus et pro benedicti fogari inclita tertia pars de omnis rebus mea stabile, et de tota et inclita omnis causa mea mobilia de casis et de omnis organea mea, qualiter michi in sorte obvenit da ambo ipsi filii mei nomine erisu, sellictus et petrus, quod illis receperunt sortione de omnis mea causa mobilia de casis, et organea, et vertiis et de omnis rebus mea stabile, qualiter per legem inde evenire debuerunt: scripta ista cartula per manus iohanni notari, et ibidem scripti miro et balsamus. Alia cartula de anno vicesimo septimo principatus domni nostri guaimari glorioso principe, mense september, duadecima indictione: contineba ipsa cartula, qualiter iohannes filius idem iohanni bassi de nuceria benumdederat machenolfi filio benedicti fogari et sellicti filio ciceri una pecia de terra de locum balnearia, ubi propio ad cuniulu dicitur: contineba ipsa cartula, ut ipse machenolfus paratum inde abere due sortis, et ipse sellictus tertia parte, scripta ipsa cartula per manus

iohanni notarii, et ibidem scripti miro et iohannes. Unde ipse sellictus monachus talia audientes dixit, ut ipsa cartula falsa est, ut ipsa rebus medietate parata habere da ipso iohannes bassi, unde inter se fuerunt guadiati ut ambe . . . . machenolfus ipsa cartula secundu lege et aberet inde due sortis, qualiter ipsa cartula continet. Set antequam fieret sacramenta, ortata est inter illis vona combenientia, ut ipse sellictus monachus tolleret et haberet inclita medietate de ipsa rebus iohanni bassi, et receperat ipse machenolfus pro ipsa medietate de ipsa rebus medium aureum tari et dibiderunt ipsa rebus per medietatem; unde ipse machenolfus compreensit inclita medietate da partibus orientis, et ipse sellictus compreensit inclita alia medietate da partibus occidentis, et inter ambo ipse sortis tres termiti ficti sunt, ut omni tempore siant ad equale mensuria. postquam finierunt ipsa rebus intrantes ipse sellictus alter causationes de alia rebus de ipsum locum balnearia cum ipse machenolfus, ubi ad paretine dicitur, quod dicebat ipse sellictus, ut plus sortione inde abere; unde et per ipse machenolfus ostense sunt due cartule de ipsum locum paretine: una ex ipsis cartulis de quartodecimo anno principatus domni nostri guaimari glorioso principe, mense iunius, quintadecima indictione: declaraberad ipsa cartula, qualiter porpora filia benedicti, que fuit relicta guandelferi, ante leoni iudici per consensum et voluntate guandelferi filio suo et de parentibus suis et de ipso iudex benumdederat machenolfi filio benedicti fogari una pecia de terra de ipsu locu paretine, cum aliquantis arboribus vitatis, et aliquante abellane, et terra bacua uno teniente, quod ante os annos retinet cicerus ad pastenandum da benedictus genitore ipsius porpore per hec finis: da partibus occidentis fine griperti, et termiti ficti sunt: da pars septemtrionis fine domnica quod ipse cicerus cum consortibus suis ad pastenandum retinet, et fine suaque ciceri et de consortibus suis: a partibus orientis fine et sicut poiu de cale dixernit, et inde termiti ficti sunt et inde sunt passi. . . . . et coniunsit se cum proprie finis qui est da partibus meridie, et indeque fine suaque ciceri et de consortibus suis, et pertange in bia, et perbadit in fine sancti iohanni et fine ipsius ciceri et de consortibus suis. infra iste finis inclita sortione ipsius porpore, qualiter per lege debuerit evenire da benedictus genitore suo, et posuerat ipsa porpora in ipsa cartula venditionis, ut post obitum ipsius musande genitrice sua inclita ipsa quarta parte musande redeant ad potestate ipsius mahenolfi et de eius heredes in tali ordine et ratio, sicut ipsa cartula continet que scripta est per manu dilectus presbiter et notarius, et ibidem scripto leo iudex et aliu leo. Alia cartula de septimodecimo anno principatus domni nostri guaimari glorioso principe, mense ianuarius, tertia indictione: benumdederat guisenolfi de faianu filio (*deest nomen*) inclita sortione sua de rebus de locu balnearia de ipsu locu paretine, quod ipse guisenolfus pertinuit abere

da partibus benedicti socero suo de locu nucerie benumdederat machenolfi filio benedicti et ciceri filio boniti reliqua ipsa sortione sua de ipsu locu paretine per finis, qualiter ipsa alia cartula continet que super declarata est, inclitum illut ipsius mahenolfi et ciceri benundedit ipse amatus: scripta ipsa cartula per manu dilectus presbiter et notarius, et ibidem scripti iohanni et leo. dum taliter audientes ipse sellictus ipsa monimen legente et dixit, ut in omnibus que continet, beracem exset, set queram inde tollere sortione de ipsa sortione ipsius ciceri, qualiter per lege debuerit tollere per ipsa monimen, et finierunt ipsa rebus per ipsa monimen, qualiter superius declarata est. Iterum, et per ipse sellictus ostensu est unum brebem de anno vicesimo primo principatus domni nostri guaimari glorioso principe, mense ianuarius, octaba indictione: memoratorium factum a me selictus filius ciceri, eo quod ante subscripti testes coniuntu fuerat cum ipso cicerus genitore suo ipse sellictus una cum iohannes congnato et avocatore, propter ad dividendum omnis rebus stabile que dominaturi et possessuri sunt per loca baniara et masciano: primitus dibiderat una pecia cum arbustis vitatis et promifera que dicitur da . . . . et fecerunt inde tribus sortionis; una sorte fecerad per equalis mensuria a parte de bia plupica, ubi ipse sellictus possidente est, et alie due sortis adunate a parte de ipso . . . . et inter ambo ipse sortis et ipsa sorte de ipsa bia termiti ficti sunt; unde ipse sellictus cum ipso petrus filio suo compreenserad ipse ambo sortionis adunate a parte de ipso ballone, et ipse sellictus compreenserad ipsa tertia parte de ipsa bia per finis et mensurie: a parte de ipsa bia sunt longitudo passi quinquaginta dui: de subter ab occidente sicut limite dixernit, sunt passi decem: a meridie fine supradicte sortionis, sicut termiti dixernit, inde passi quinquaginta dui: de super ab orientis sunt passi undecim; ista sorte per ipsa mensuria quam et tradiderad in sorte alia pecia . . . . arbustis de ipsa sedilia per mensuria: de subter ab occidente sunt inde passi quadtuordeci et medium: a septemtrionis sunt inde passi biginti: ab orientis fine inter ipse sortis tridecim: a meridie sunt passi biginti . . . . per ista mensuria in sorte ipsius sellicti tradiderad, et alie due sortis per ipsa mensuria compreensit ipse cicerus et petrus filio suo, et tradiderunt ipsius sellicti alia pecia de castanieto . . . . . . illa pecia, que dicitur da cisina iaquinti, pro sortione ipsius sellicti et pro sortione quod debuit ebenire de tres pecie de terris, quod ipse cicerus benumdederad, pro inde receperad in sorte ipse sellictus ipsa iamdicta pecia de terra da cisina iaquinti per mensuria: ab occidente sunt passi tridecim et gubito: a septemtrionis sunt passi quadraginta: de super ab orientis sunt passi quadtuordecim: a meridie quod compreensit ipse cicerus et petrus filius eius, inde sunt passi triginta octo. Ista pecia per ipsa mensuria in sorte tradiderad ipsius sellicti. Seu et tradiderad in sorte ipsius sellicti una pecia, que dicitur

da lu boletablu per mensuria: a septemtrionis sunt passi biginti: a meridie fine petri germano suo: ab occidentis sunt latitudo passi alii biginti: ipsa pecia per ipsa mensuria in sorte ipsius sellicti tradiderad, et tradiderad in sorte sua illam pecia cum insetitum et abellanietum uno teniente illut, qui dicitur da grimoaldus, per latitudo in uno capite passi tres et in alio capite passi duo, et est longitudo da fine de consortibus illorum usque bia caba: et illis compreenserunt alio tantum sortionis sue ibique coniuntum, et tradiderad in sorte ab ipso sellictus et petrus alia peciola cum insirtitum per finis: de una parte fine sancti iohanni: de uno capu fine ripa de ballone: de alio latu fine benedicti presbiteri: de uno capu fine de musando consortibus illorum; per ipse finis ipsi germani conpreenserunt in sorte sua, et ipse cicerus compreensit inclita sortione illorum de una pecia cum castanietu quod commune abuerunt cum consortibus illorum, scepto ipso rubulietum quod abet in capite de ipsa pecia super ipso ballone quod commune reserbaverunt inter illis, abendum omni tempore; tota supradicta mensuria ad iusto passum hominis est mensurata: inclite supradicte pecie mensurate tenuerad ipse sellictus per ipsum brebem divisionis, et reservaberunt in communiter in montibus, et septuaberunt quadtuor pecie de terris quod benumdederad cicerus genitore suo: scriptum ipsum brebem divisionis per manu romoaldi notarii, et ibidem scripto ademmari notario et odelfrit. Unde et ipse sellictus querebat tollere sortione de una peciola de terra propinquo casa machenolfi, quod dicebat in vicaria tenuisset da masciano et ibidem sortionem aberet, unde ipse machenolfus dixit pro sortione ipsius sellicti tenuit infra ipsa mensuria, ubi ipse sellictus est residente. Infra ipsa mensuria quod ipsu brebem continet, et mensurabimus, et abuit et tenuit ipse sellictus ibidem infra ipsa mensuria, quantum per lege debuit inde ebenire de ipsa peciola da masciano, unde ante me qui supra castaldus ortaberunt inter se vona combenientia et per partes manifestaberunt, ut, qualiter ipse monimen continet, taliter illut per partes abere et possidere asque unus alterius contrarietate, et ipse sellictus manifestabit de ipsa peciola da masciano, ut nulla inde aliquando tempore querere sortione, et ipse machenelfus se manifestabit, ut nulla inde querant tollere sortione . . . . . . quod modo tenet ipse sellictus intus ipsa mensuria quod inbenimus super ipsa mensuria, unde inter se per vona combenientia guadia dederunt et mediatorem inter se posuerunt: ipse machenolfus posuit mediatore ipsius sellicti romoaldus filius raccisi presbiter de locu mascianu; et per ipsa guadia obligavit se ipse machenolfus et suis filiis et heredes, ut si taliter omnia suprascripta noluerint adinplere in suprascripto ordine, vel aliquit inde remobere aut contrare quesierit, per ipsa guadia obligavit se ipse machenolfus et suis filiis et heredes ad componendum ipsius sellicti et ad eius heredes biginti auri solidi constantini, et omnia supra-

scripta per iamdicto ordine illis compliret. Et taliter pro parte ipsius sellicti monachi de eius heredes oc scribere fecimus te iohannes notarius.

† Ego qui supra dauferi.

DCCCXXVI.

A. D. 1030.

† In nomine dei salvatori ihesu cristi, temporibus domni iohannis gloriosi ducis, anno sextodecimo, die prima mensis magii, indictione tertiadecima, amalfi. Certum est me theodenanda filia mauronis de leone, de constantino, de leone comite, et relicta mansonis filii quondam iohannis de constantino de mansone comite, a presenti die pruntissima voluntate venundedimus, atque et in presentis cessimus et contradidimus vobis domno leoni filio quondam sergii de urso, de leone, de trasimundo, idest plenariam et integram ipsam portionem meam, qui est per numerum uncie due, de plenariam et integram ipsam domum fabritam quod in communem habuimus vobiscum, qui nobis obbenit a suprascripto viro meo hic in amalfi positum iusta litore maris at ipsa cancella, sicut est fabricatum et ordinatum a pavimento usque at summitatem, cum plenarie due uncie nostre de ipsam suam aerem, quod vulgo ventus dicitur, et de plenarie ipse grade fabrite et de ipsa cabucella de predicte grade, et de ipse apothecelle de sub ipsa cubecella, et de ipse grade de foras qui sunt de ipse predicte apothecelle, et de ipsa terra vacua de iusta ipse predicte grade, quam et de omnia edificia et pertinentia de suprascriptam domum, unde de suprascripte due uncie nostre, quem super reclaravimus, nichil nobis remansit aut aliquid vobis exinde exceptuavimus, et licentiam et potestatem habeatis vobis eos in altum ascendere, fabricando quantum volueritis, cum salva viam suam ibidem ingrediendi et egrediendi cum omnia vestra causa. Unde et in presenti accepimus exinde una plenaria nostra sanatione auri solidi quinquaginta quinque toti de tari boni ana tari quattuor per solidi, sicut inter nobis convenit in omnem deliberationem et in omnem decesitionem, Ut a nunc die presenti et im perpetuis temporibus in vestram et de vestris heredibus sit potestatis habendi, fruendi, possidendi, vindendi, donandi, commutandi, in omnibus semper liberam habeatis potestatem, sine omni nostra et de nostris heredibus contrarietatem vel requesitionem im perpetuum: insuper nos et nostris heredes vobis et at vestris heredibus illut antestare et defensare promittimus omni tempore ab omnibus hominibus; et si nobis vel at nostris here-

dibus dederit exinde chartula inbenta , mittere illam debeamus aput vos et vestris heredibus sine vestra amaricatione vel damnietatem. Quod si minime vobis exinde steterimus et omnia, ut super legitur, non atimpleverimus, componere promittimus nos et heredes nostris vobis et at heredibus vestris auri solidos ducentos byzianteos, et hęc chartula nostre venditionis, ut super legitur, firma permaneat im perpetuum.

† Ego lupinus iudex filius pantaleonis testis sum

† Ego ursus filius mansonis clerici testis sum

† Ego iohannes iudex filius nicete protospatharii testis sum

† Ego constantinus scriva hanc chartulam manu mea propria scripsi.

DCCCXXVII.

A. D. 1030.

| In nomine domini duodecimo anno principatus domni nostri waimari filii domni waimari gloriosi principis, mense iulius, tertiadecima indictione. ideoque ego muntoru filius alechisi ante presentia waiferi comitis et alii testes vicariationis ordine tradidit tibi aldemari presbiteri et abbati sortionem meam de una pecia de terra cum arbustum, quod abeo in actum pandola finibus rotense, ubi oratusu dicitur, infra as finis et mensuriis: de tribus partibus fine bie: da occidente fine ipsius aldemari : a meridie sunt passi triginta duo: ab oriente passi quinquaginta sex: a septemtrionis sunt passi quinquaginta quadtuor : alia parte sunt passi sexaginta unum ; fuit mensuratum ad iusto passum cum omnia infra se abentes omnibusque suis pertinentiis et cum bice de bia sua inclita nonam partem de inclita suprascripta res tibi nominato aldemari abbati tradidimus, ad securiter et firmiter amodo et semper tu tuique eredibus illut abendum, dominandum, poxidendum, omnia inde faciendum quod bolueritis, absque cuiuscumque contrarietate vel requisitione; et pro confirmandum vobis anc mea bicariatione per aliam cartulam, que aput me firmatam retineo, recepit a te una pecia de terra cum arbustum in ipso locum ubi campanole dicitur, in omnis deliberatione, sicut inter nos combenit; et est illut quod mihi dedit ipsum abbatem, longitudo ex omni loco ana passi triginta et sex, latitudo vero ana passi septem; finitoque vero anc mea bicariatione per combenientia wadia ego muntori dedit tibi nominato aldemari abbati, et mediatorem tibi posuit me ipsum; et per ipsa guadia obligo me meosque eredes amodo et semper antistandum et defensandum inclita nonam

partem, quod est meam sortione de iamdicta rebus infra suprascripte finis et mensurie tibi tuique heredibus da omnes omines omnique partibus. quando bolueritis, per vos siatis exinde auctores et defensores, cum monimen et ratione que exinde abere potueritis, qualiter vobis placuerit, ut si *etc. Sequitur consueta formula, statuta mulcta triginta auri solidorum Constantini.* quando nos auctores et defensores quesieritis abere, nos autem et nostris eredibus omni tempore inclitum illut tibi nominato aldemari abbati, qui sis filius andree, et ad tuos defensemus, et omnia adimpleamus et defensemus, vobis vestrisque eredibus omnia, quantum et quomodo superius legitur, per iamdicta wadia et obligata pena. et taliter scribere rogabimus te mirandus notarius. actum rota.

† Ego qui supra guaiferi

† Ego sikenolfus.

DCCCXXVIII.

A. D. 1030.

† In nomine domini tertiodecimo anno principatus domni nostri guaimari glorioso principe, mense september, quartadecima indictione. Ideoque nos marinus et iohannes, germani filii quondam leoni atrianensi de marino iudice, clarefacimus nos abere rebus in locum beteri, ubi ad ipso staffilo dicitur, qui est terra bacua quod nos nominati germani ipsa terra, ubi dicitur ad ipso staffilo, illut commune abuimus cum mele consobrino fratrem nostrum, qui est ipsa terra bacua infra ec finis: a pars orientis fine bia pulbica: a pars septemtrionis similiter fine ipsa via pulbica: a parte occidentis fine iohannaci, sicud media sepe discernit: a meridie fine ursi atrianensi filii lupeni; infra predicte finis, sicud dictum est, quale sortionem nobis exinde de ipsa medietate de predicto campu ebenerit da ipsum mele, congruum est nobis nominati germani inclita ipsa medietatem de ipso campu illut donare teotenande sorori nostre, que est uxore iohanni atrianensi filii quondam lupeni. Et ydeo ego superius dicti germani, sicud nobis congruum est, nostre vone volumtatis, per anc cartulam ante subscripti testes donamus adque ad semper abendum confirmamus tibi sorori nostre, una tecum exet ipse bir tuus, inclita ipsa medietate de predicto campu, quantum quantoque nobis nominati germani exinde in sorte ebenerit da ipsum mele, sic secundum lex et consuetudo nostre romanorum illut tibi, sicud diximus, donabi cum omnia intro se aventibus omnibusque suis pertinentiis, et cum bice de bia sua, ad securiter hac

firmiter amodo et semper tu nominata teodenanda sorore nostra, quam et tuis filiis et eredibus, una tecum exet ipse vir tuus illut habendum, dominandum, possidendum et omnia exinde faciendum que tibi tuique heredibus placuerit, absque omni nostra nostrorumque heredibus, aut cuiqua hominibus contrarietatem vel requisitionem. Et pro hoc donum confirmandum iusta legem et consuetudo nostre romanorum launegilt a te prenominata sorore nostra recepimus pannum unum, una tecum exet ipse bir tuus. De qua nos supradicti germani guadia tibi nominate sorori nostre, una tecum adexet ipso biro tuo, dedimus, et mediatorem vobis posuimus sergi atrianense filius landolfi. Et per eadem guadia obligamus nos et nostris filiis et eredes amodo et semper antistandum et defensandum tibi predicte sorori nostre, quam et tuis eredibus, tota et inclita supradicta nostra donatione, qualiter superius legitur, a pars de ipsa genetrice nostra et da omnes omines omnique partibus. Et si taliter illut tibi tuique eredibus defensare non potuerimus, tunc, sicud in lex langnubardorum de donum et launegilt continet, adimpleamus et persolbamus vobis vestrisque eredibus iustitia; si autem, sicud dictum est, taliter omnia suprascripta vobis vestrisque eredibus non adimpleverimus et aliquit inde contradixerimus, aut si quodcumque causationes tibi tuique eredibus preposuerimus, componere obligamus nos et nostris filiis et eredes vobis vestrisque eredibus, et cui cartula ista in manum paruerit, biginti auri solidi constantini et, sicud superius legitur, illut vobis adimpleamus; et quando vos et vestris eredibus volueritis de suprascripta nostra donatione inde auctores vel defensores exe, potestatem et licentiam abeatis vice vostra in omnibus inde causare et finem facere, qualiter vultis; nam, quando nos exinde quesieritis avere auctores et defensores, nos autem et nostris eredibus defensemus et adimpleamus tibi tuique eredibus omnia, quantum et quomodo superius legitur, per iamdicta guadia et obligata pena: verumtamen suprascripta terra est da una parte fine sergi, sicud media sepe discernit, et taliter scribere rogabimus te alderissi notario, actum salerno.

† Ego rodelgrimo

† Ego ragemprandus me subscripsi.

DCCCXXIX.

A. D. 1030.

† In nomine domini tertiodecimo anno principatus domni nostri guaimari glorioso principe, mense nobember, quartadecima indictione. Ante me guido castaldo causavit petrus

iudex filius quondam grimoaldi gentilis cum petrus terra bendeca filia quondam alfani, dicendum ei, ut ipse petrus malo hordinem et sine rationem introiset in rebus ipsius petri iudici de locum nuceria, et ubi dicitur fluccanum et nomen ibidem àbuit ermoaldum, et fovee ibidem fecisset, et frudium inde ei tulisset; et rebus ipsa ipsius ei contrasset; quo audito, ipse petrus responsum plures illut rebus in ipso locum ad ermoaldum abere retdidi dicendum, set nescire de quale rebus unde cum eum cause abet. Unde, sicut inter eis iudicavi, et utrisque illis guadiare feci, ut pariter super ipsa eadem rebus pergere cum iudicem et notarium , et ipse petrus iudex monstraret eidem ipsius ipsa rebus, unde cum eum cause abuerunt et per partes illis plicaret se cum suis rationibus, et secumdum legem illis inter se inde finem facere. Unde ipse petrus posuit mediatorem balsamus tio suo, et ipse petrus iudex posuit mediatorem iohanne genero suo, filio quondam maraldi notarii. Et pro parte ipsius petri iudici oc scribere fecimus te petrus clericus et notarius qui interfuisti.

† Ego qui supra guido.

DCCCXXX.

A. D. 1030.

Haec chartula eadem est ac praecedens.

DCCCXXXI.

A. D. 1030.

† In nomine domini tertiodecimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosus princeps, mense december, quartadecima indictione. Memoratorium factum a nobis iohannes filius petri et gemma filia istius iohanni, et uxor fuit iohanni pesanu , et stefanus filius istius gemme et predicti iohanni pesanu; eo quod ante subscripti testes, et vibimus ad lege romana, coniunti sumus cum urso atrianense filio quondam leoni de gutti, propter quod ante os annos ipse ursu pro pastenatione in sorte tradidit petri, qui fuit filium meumque iohanni, et stefani filio iohanni pesanu una pecia de terra cum vinea in locum beteri ista

parte fluvio de beteri per finis et mensuras: de pede fine bia publica, inde sunt ab intro ipsa rebus rectu mensuratu passi sideci et mediu: a parte septemtrionis fine sortione ipsius ursi, sicut terminatum est, inde sunt passi octuaginta: de capite quod est ab oriente, fine ipsius ursi, et inde sunt passi quadtuordeci: a parte meridie fine terra cum silba ipsius ursi , inde sunt passi octuaginta et in medio loco per trabersum latitudo passi sideci ; mensuratum ad iusto passum inclitum illut, cum vice de bia ipsa, vobis tradiderat, ad faciendum inde omnia quod boluerint, semper defensatum per ipsum ursu et per eius eredes da omnis homines omnique partibus: preter, si illut bendituru abuerint ipsius ursi, illum bindere ad iusto pretium et facerent inde eum scire per tertio constitutum, sicut continet brebem nostrum de ipsa divisione. Modo quidem rebus ipsa querimus venumdare et fecimus scire ipsum ursu, ut rebus ipsa a nos emere, sicuti illut ei obligatum est. Et statim ipse ursu dixit, ut rebus ipsa emere non bolere, et in omnibus nos persolxit rebus ipsa dare cui boluerimus, et omnia exinde facere quod boluerimus. Et nos pro taliter dedimus ei unum aureum tari, et ille pro taliter per combenientia guadia nobis dedi et mediatorem nobis posui seipsu, et per ipsa guadia *etc. Statuta mulcta quinquaginta auri solidorum Constantini.* et semper tacitum inde manere et tacere inde faciant omnis homines qui vobiscum causaberint, quod scripsi ego ademari notarius.

† Ego alderissi notarius me subscripsi

† Ego iohannes notarius me subscripsi.

DCCCXXXII.

A. D. 1031.

† In nomine domini tertiodecimo anno principatus domni nostri guaimarii gloriosus princeps filius quondam domni guaimarii principis, mense februarius, quartadecima indictione. Memoratorium factum a me iohannes filius quondam mansoni castaldi, eo quod ante subscripti testes coniunctus sum cum mauro filio martini, propter quod iam sunt completi annos duodecim, quod ego ipsius mauri traditum abuit de rebus, quod mihi pertinet a parte mulieri nomine senda uxore mea, filia quondam truppoaldi, ad pastenandum qui est rebus ipsa in locum qui dicitur ad forma mitilianense finibus, unde ab eius parte brebem minime firmatum abeo. Modo autem, ut diximus, cum ipsum mauro sum coniunctum, ut de ipsa traditione de ipsa rebus mihi brebem firmare; et ego pro taliter per vo-

nam comvenientiam tradidit ipsius mauri ipsa rebus ad lavorandum, qui est rebus ipsa per as fines et mensuras: a parte occidentis fine via que modo se non andat, sunt per ipsa via passi septuaginta nobem: a parte septemtrionis fine mea, sunt inde passi centum nonaginta quattuor, et revolbente quasi in parte meridie passi septem, et abinde revolbente in parte orientis per limite et aliquantum per ora de ballone passi septuaginta sex: a parte orientis similiter fine mea, quod ad lavorandum retinet iohannes filius guisoni, sunt inde passi quadraginta quattuor: a parte meridie similiter fine mea, sunt inde passi centum nonaginta: totum mensuratum ad iusto passum ominis, tali ordine illut ipsius mauri tradidit, ut amodo et semper, natos nascentes, ad sua et de suis eredibus esse potestati illut tenendum et dominandum, et fobee et omnis sue utilitatis ibi faciendum iusta ratione, et ibidem residere, et, ubi meruerit, illut cludere et semper illut clusum abere, et, ubi meruerit, per ipso arbustum arbores et vites ille et suos eredes ibidem plantare et propagines tragere, et perfectum illut annualiter de super et de subter totum per ipsa fines et mensuras lavorare, et cultare, et operare, et studiare vonum, sicut meruerit, ut proficiant et non dispereant, et cotidie ibidem residere et avitare. Ad completi autem amodo anni tres abeant ille et suos eredes in tota ipsa rebus per ipsas fines et mensuras arbustum totum vitatum, et vonum surtum, et operatum, et cultatum, sicut locus ipse est consuetudo et perfectum meruerit exe arbustum, et sic illut mihi meique eredibus in ipso constitutum adsingnare operatum et cultatum vonum, sicut supra legitur, et abinde in ante ille et suos eredes, natos nascentes, illut tenere, et dominare, et lavorare, et operare annualiter vonum, sicut supra legitur; et amodo et semper per omnis annum per tempore de vindemie faciant me vel meis eredibus scire, ut ibidem dirigamus missum nostrum, et ille et suos eredes tota rebus ipsa abto tempore vindemiare et poma exinde colligere, et omnis vinum exinde et poma ibique ad palmentum per medietatem dividamus: ipsum missum nostrum tollad prius exinde medietatem, et ille et suos eredes ipsa alia medietate, et ipsa nostra sortione de ipso vinum illis eos reponere ibique in domum suam in ipsa rebus in organea nostra, quod nos ei adsingnata abemus, et ille et suos eredes organea ipsa conciare et studiare vona, sicut meruerit, et ipso vinum nostrum annualiter faciant nobis salbum, dum illut inde tulerimus, absque degeneratione et ingne; missum nostrum, dum pro ipse vindemie ibidem steterit pro ipsa nostra sortione recipiendum, illis eum nutriad secundum suam possivilitate, et palmentatica nobis dare; et de quod amodo et semper in ipsa rebus seminaverint, deant inde nobis nostrisque eredibus terraticum secundum consuetudinem de ipso locum. Tantum, quale tempore da ipsi tres anni completi in antea ille et suos eredes rebus ipsa tenere et lavorare noluerit in supradicto ordine, tunc

inclita rebus per ipsas fines et mensuras clusa, surta, operata et perfecta lavorata perveniant ad mea vel de meis eredibus potestatem, cum vice de via sua, et cum ipsa redita et palmentum et cum ipsa organea, et illis licead inde exire cum omnis sua movilia. Seu et si da ipsi tres anni in antea de ac terra salernitana exierit aliubi ad avitandum, aut si amodo in antea talem fecerit culpam, unde in palatium aut aliis cuiuscumque persone cecidere debuerint, tunc inclita rebus ad mea vel de meis eredibus perveniad potestatem: preter si infra tribus anni reversi fuerint, vel de ipsa culpa ebaserint et voluerint rebus ipsa in supradicto ordine tenere a parte mea vel de meis eredibus, potestatem abeant illut tenere in supradicto ordine: tantum ipso annum quod ibidem redierit, si ipsa rebus lavorata fuerit, per nos aut per aliis non tollad inde aliquod frudium ipso annum; de qua per vonam comvenientiam guadia mihi ipse mauro dedi et mediatorem mihi posuit se ipsum maurus; et per ipsa guadia *etc. Statuta mulcta quinquaginta auri solidorum Constantini.* veruntamen oc recolimus, quia ipsa via qui est ab ipsa parte occidentis, est via publica, et hunc brebem scripsi ego ademari notarius.

† Ego roderisius

† Ego iohannes notarius me subscripsi.

DCCCXXXIII.

A. D. 1031.

† In nomine domini dei salvatori ihesu christi anno ab incarnatione eius millesimo centesimo trigesimo primo, die octaba mensis martii, indictione nona, amalfi. Ego quidem gemma filia petri cantalena de transmonti a presenti die prumtissima volumtate tradere et assignare visa sum vobis iohanni tecapanta filio gregorii de bicu et domne gemme iugalie, Idest unum infantulum filium nostrum nomine iohannem quod michi procreavit petrus de salerno. In ea videlicet rationem, ut ab odierna die et cunctis diebus bite vestre servire et obedire vobis debeat, et omnem servitium et imperium quod at illum imperaveritis, die ac nocte, longe et prope, per mare et per terram, totum vobis eos facere et complere debeat predictus filius noster cum omni fide et prumptitate, seu sine fraude et absque omni malignitate, et vos illum nutricare, et vestire, et calzare debeatis iusta ratione et secundum vestram possivilitatem et facere ad eum debeatis benem, ut habeatis de illum mercedem et nomen bonum; et si fugam vobis commiserit et in qualibuscumque

locis perrexerit, sibe in civitatibus, vel in castellis, aut in billis, potestatem habeatis vos seu ipsi missi vestri cum hanc chartulam illum compreendere et destringere, et sub vestro illum revocare debeatis servitio, seu misericorditer illum disciplinare debeatis secundum meritum sue culpe. Quod si fugam vobis commiserit et at nos benerit, sibe in tota pertinentia nostra vel ubicumque nos manserimus, nos vobis illum atducere atque revocare debeamus per omnes vices sine vestra damnietatem vel amaricationem; pro eo quod dedistis nobis modo auri solidos sex de tari, at obitum denique vestrum dare at illum debeatis benedictionem auri solidos quattuor, et caldara, et sartaginem, et licticellum cum panni da iacere et ipsi panni da vestire, quod sibi abuerit in ipsis diebus, et iam post vestrum amborum obitum et cum suprascriptam benedictione liber et absolutus permaneat predictus filius noster sine omni condicionem. Qui autem de nobis ambarum partes contra hanc chartulam venire presumserit, componat at partem que firmam steterit, auri solidos libra unam bytiantea, et hec chartula sit firma; si autem et michi marino filio stephani cannabaczuli de pertinentia de ipso castello depini hec omnia placet, propter quod habeo concubita predicta gemma, et firmo vobis, ut si ipse predictus infantulus vobis fugam commiserit et at nos benerit, sibe in tota pertinentia nostra de predicto castello nostro depinu, nos vobis illum atducere atque revocare debeamus per omnes vices sine vestra damnietatem vel amaricationem per suprascriptam obligata pena

† Iohannes filius domni musco de iohanne de parte testis sum

† Pantaleo filius domni muski de domno constantino testis est

† pantaleo filius domni iohanni de domno pulcharo testis est

† Ego constantinus scriba filius domni iohanni curiali scripsi.

DCCCXXXIV.

A. D. 1031.

† In nomine domini tertiodecimo anno principatus domni nostri Guaimarii gloriosus princeps, filius quondam domni guaimarii principis, mense aprelis, quartadecima indictione. Memoratorium factum a me laurenti venerabili abbate monasterio sancti archangeli qui constructum in monte de cilentu, eo quod ante subscripti idoneis hominibus coniunctus sum ad vonam comvenientiam cum maio et guaimarius germani filii quondam guaiferii, et maraldus, et maio, et landolfus, et madelmus, et lando, germani filii quondam adel-

mundi, et iohannes, et poto, et pandolfus, germani filii quondam maioni, et sunt comitibus, propter quod ipsi fratres comitibus tenet commitatum camella, et ancilla dei, et palasea lucaniense finibus a parte supradicti domni eximii principis ; unde modo ipsi comitibus pro iussione suprascripte gloriose potestatis remiserunt mihi vel in pars ipsius monasterii una pecia de terra que est inter batolla et ipsa camella, et est per as fines et mensuras: a parte septemtrionis per ballone qui est in parte de ipsa batolla, est inde passi centum quadraginta: a parte meridie fine alio ballone qui est in parte de ipsa camella, est inde passi nonaginta, et per trabersum quasi in parte orientis est inde passi octuaginta, totum mensuratum ad iusto passum ominis. Ec itaque pecia per iamdictas fines et mensuras ipsi comitibus mihi remiserunt et tradiderunt tali ordine, ut ego vel successores meos vel pars ipsius monasterii potestatem abeamus de ambi ipsi balloni aqua lebare et in ipsas pecia molinum edificare, qualiter mihi vel successores meos vel pars ipsius monasterii placuerit, illud abendum, dominandum, possidendum et omnia exinde faciendum quod mihi meique successoribus vel pars ipsius monasterii placuerit, absque illorum contrarietate vel requisitionem, sicut nostrum preceptum continet, quod a parte domni gloriosi principis firmatum et ab utile anulo sigillatum abemus; et per vonam combenientiam obligaberunt se i omnes suprascripti comitibus et illorum eredibus amodo, et dum ipsa commitata in ipsis partibus venierit, defensandum mihi meique successoribus, vel in pars ipsius monasterii suprascripta tradictione per iamdictas fines et mensuras da omnes homines omnique partibus, sceptuatum a parte supradicte gloriose potestatis : et si taliter *etc. Statuta mulcta ducentorum auri solidorum Constantini.* quod scripsi ego ademari notarius.

† Ego landolfus

† Ego qui supra Ioannes comes.

DCCCXXXV.

A. D. 1031.

† In nomine domini tertiodecimo anno principatus domni nostri Guaimarii glorioso princeps filius quondam domni guaimarii principis, mense magius, quartadecima indictione. In sacro salernitano palatio ante supradicta gloriosa potestatem adessem ego grimoaldus comes et iudex, venit infantem infra etatem nomine iohannes filius domni visantii qui habebad causam cum guaiferi filio quondam atenolfi. Nos fecimus parentes ipsius propin-

quos venire et accessimus aput locum, iusta institutionem legis, cum ipsis parentibus, ut deliberaretur causam ipsa per iustitiam et fecimus illut eorum notitia. Quo acta, causavit ipse infantem cum advocatorem eius, cum cartula quod in manum tenuit, dicendum, ut ipse guaiferi malo hordine introisset in terra et case pertinentem ipsius infanti de intus ec cives, et fobee et edificium ibi fecisset, et de ipsa casa et clusamen quod in ipsa casa habuit, disturbasset. Et illut eidem infanti quod per ipsa cartula pertinente, contrasset, et in rebus eius a foras hanc cives similiter malo hordine introisset, et fobee ibi fecisset, et arbores et vites inde abscidisset, et frugium inde tulisset, et rebus quod eidem infanti pertinentem est per ipsa cartula, ei contrasset, et illut ei remobisset: ipse guaiferi dixit nescire inde ei respondere sine advocatore. ego supradictus comes et iudex iudicavi et predicto guaiferi cum ipsum infantem guadiare feci, ut ipse guaiferi plicaret se cum advocatorem et respondere ipsius infanti, tamen ipse infantem siad cum advocatorem ex illut, unde superius causavit ipsum infantem, et secundum legem inter se inde finem facerent. Unde ipse guaiferi posuit mediatorem iohannes comes filius quondam adenolfi comiti et iudici, et ipsum infantem posuit mediatorem adelbertus comes filius quondam alfani. Et pro parte ipsius infanti scripsi ego iohannes notarius.

† Ego qui supra grimoalt comes et iudex.

DCCCXXXVI.

A. D. 1031.

† In nomine domini anno tertiodecimo principatus domni nostri guaimari filio domni guaimarii gloriosi principis, mense iunius, quartadecima indictione. Memoratorium factum a me petrus presbiter filius quondam petri de nuceria, eo quod in sacro salernitano palatio ante subscripti testes per bona combenientia tradidit mihi, qualiter mihi placuit guaimarius comes filius quondam guaimarii comiti et musandus dei gratia abbas monasterii sancte sufie, quae a nobo fundamine construxit guaiferius filius quondam guaiferii comiti in terra sua de intus anc salernitanam cibitatem, rebus omnis qui fuit ipsius guaiferi quem abuit ipse guaiferi in locum baniara in ipsa forma et pertinentia de ipso locum nuceria, et de locum apusmonte et pertinentia de ipso locum apusmonte, et totum illut de sianu, et totum illut de sarnum, et totum illut de lauri; ideo, sicut diximus, de quantum quantoque per tota ipsa loca de rebus, qui fuit ipsius guaiferi iubentus dederit, ut diximus, mihi tradiderunt,

ipse guaimarius tradidit mihi quantum inde pertinet gemme sorore sua, qui fuit uxor ipsius guaiferi, et ipse abbas tradidit mihi quantum inde pertinet in ipso monasterio: tantum inde sceptu habuerunt illut de lectere, et illut de stabi, et ipsa fosara, et sortione de ipso monasterio de illut de ipso locum forma; nam illo aliut totum, sicut diximus, mihi tradiderunt ipse guaimarius pro vice ipsius gemme sorore sua, et ipse abbas pro ipso monasterio, in tali ordine, ut ego vel meos eredes et omines, quem ego misero, potestatem abeamus oc annum de tota omnis suprascripta rebus que mihi tradiderunt, adunare et tollere omnis frudium, quantum de tota suprascripta rebus oc annum exierit, scepto vinum quod non tollamus, nam omnis alio terraticum et frudium quod de ipsis rebus exierit, totum potestatem abeamus inde tollere et adunare, qualiter meruerit et iustum fuerit, ad faciendum inde omnia quod boluerimus, absque omni contrarietate ipsius guaiferi et predicte gemme et predicti monasterii, et defensarent illut nobis da omnis omines omnique partibus. Et ego pro taliter pro censu exinde demus illorum in fexstibitatem sancte marie, qui sunt de mense september prius beniente, decem et octo auri solidi de tari ana quadtuor auri tari boni pesanti per solidi, et ubi oc annum completum abuerimus tollendum inde ipso frudia, sicut supra diximus, scepto ipso vinum, tota suprascripta rebus ad illorum siant potestatem. Et si forsitans mihi iamdicto petri presbiteri placuerit in antea illut tenere, potestatem abeamus illut totum tenere in omni ordine et ratione, sicut superius legitur, usque alia tribus frudia recollecta, et nos per omnis frudium in ipsa fexstibitatem sancte marie demus illorum decem et octo auri solidi de tari ana quadtuor auri tari boni per solidi: de qua per bona combenientia guadia mihi ipsi guaimarius comes pro pars et vice ipsius gemme, et ipse abbas pro vice de ipso monasterio dederunt, et mediatorem mihi posuerunt sergi atrianense filium leonis sagilla; et per ipsa guadia *etc. Sequitur formula consueta : Statuta mulcta quinquaginta auri solidorum Constantini.* verumtamen in suprascripta ratione mihi tradiderunt illut de locum ballintiinum et illut da sanctum martinum. quod scripsi ego iohannes notarius.

† Ego qui supra mosandus abbas

† Ego ademari notarius me subscripsi

† Ego ademari me subscripsi.

DCCCXXXVII.

A. D. 1031.

† In nomine domini tertiodecimo anno principatus domni nostri Guaimarii gloriosus princeps filius quondam domni guaimarii principis, mense agustus, quartadecima indictione. Memoratorium factu a me radelchi comes filius quondam adelferi comitis, eo quod ante subscripti testes per bona conbenientia pro bice mea, et pro bice aloare uxori mee, tradidit at tenendum et gubernandum stefani filio quondam sergi de ursu de maiu, et mulieri nomine deseia uxor predicti stefani et filia petri de tresara unum molinum nostrum pertinentem, quod edificatum abemus in flubio beteri, et est ipso molinum quod eorum tradidimus coniuntum a parte orientis coniuntum erga iscla nostra, que coniunta est cum plaiu nostru qui est ab ipsa parte orientis; ideo ipsum molinum eorum tradidit conciatum et edificatum cum mole nobe et cum omni ordine et pertinentia sua, et cum boccale et canale et cum usibus aquarum et coopertum bonum, quale perfectum macenant cum ipsa iscla et cum ipso plaiu, qui est erga ipso molinum in parte orientis, et cum alia media iscla que est a parte occidentis, tali ordine, ut amodo et usque ses anni conpleti illis et illorum eredes ipso molinum illorum potestatis tenere et dominare, et ipso molinum cotidie conciare, et custodire, et salbum facere, ut perfectum macenare possant. Et quanta molitura exinde tollere vel abere potuerint usque ipso constitutum et de ipse iscle tollere potuerit, totum illut sivi abeant, faciendum quod boluerit: tantum si ortora in ipse iscle fecerit, annualiter cotidie exinde vobis bisitare et dare, et per omnes calendas de circuli anni usque ipso constitutum atducerent intus ec cibes at domus nostra ana tres focacie bone facte et cotte et ille nobis atsignare; quam et per annum amodo et usque ipso constitutum darent novis in calende ianuarius quinque auri tari boni et in calende sebtebri alii quinque auri tari boni, ut beniant in simul per annos decem auri tari boni, ut per caput illis dare possamus, faciendum semper de ipsi tari omnia quod boluerimus. ad conpleti ipsi ses anni illis et suis eredibus remittat at potestate nostra vel de nostris eredibus integrum ipso molinum cum mole nobe et bone, et cum omnis ferraturiis suis et omnis at ipsum molinum pertinentibus, et cum reditum bonum factum a super ipso molinum, et cum tiburium a foras ipso molinum, et cum ambe ipse iscle et predicto plaiu, et cum ipso salicetum qui abet in ipse iscle, et ipso molinum, quando illut novis ammiserit, siat conciatum bonum, qualiter ipsum molinum die noctuque perfecte macenare possant, faciendum de ipso moli-

num omnia quod boluerimus. unde per conbenientia ipsi vir et uxor communi consensu, tamen ipsa mulier per bolumtate supradicti fani viri sui guadia michi dederunt et mediatores michi posuerunt se ipsis per aposita pingnera, ad pingnerandum omnis illorum causa legitimo et inlegitimo, etia et personis illorum; et per ipsa guadia et conbenientia obligaberunt se ipse stefanus et predicta deseia, et illorum filios et eredes, adimplendum nobis omnia, ut supradictum est. Et si taliter *etc. Statuta mulcta triginti auri solidorum Constantini.* ego ademari notarius.

† Ego petrus me subscripsi

† Ego myrandus notarius me subscripsi.

DCCCXXXVIII.

A. D. 1031.

† In nomine domini tertiodecimo anno principatus domni nostri guaimarii gloriosi principis filii quondam domni guaimarii principis, mense agustus, quartadecima indictione. Memoratorium factu a me iaquintus comes filius quondam disigi comitis, eo quod ante subscripti idoneis omines tradit iohanni ballense, filio quondam landoni, una pecia de terra mea que est cesina, quod oc anno per firmu scriptu oc anno datam abuit at scanpandum et seminandum stefani filio mansoni et iohannes filius maghenolfi de rebus mea quod abeo illa parte flubio siler, que est infra ec finis: a parte occidentis fine ipso flubio siler: alia parte fine litore maris: ab orientis fine mea, sicut discernit lagu paulinu, et qualiter badit per pullu illa parte ipso pullu: a pars orientis et abinde saliente per palude in partibus sebtemtrionis et coniungente in salsola a parte sebtemtrionis, qualiter badit per ipsa salsola et congungit in ipso flubio siler. Infra supradicte finis, ut diximus, tradidit ipsius iohanni filio supradicti landoni supradicta cesina in oc ordine, ut amodo et usque tribus anni conpleti at sua et de sua eredibus sint potestatis illut tenendum et dominandum, et fobee et omnis illorum utilitatis iusta rationem ibi facere, et tota ipsa cesina rationabiliter scampare et seminare, quale semente illis boluerit, et ipsi labori recolligere, et quitquit victu et labore amodo et usque ipsi tres anni conpleti annualiter de predicta cesina exierit, vel facere potuerit, tum illut sivi abeant, faciendum exinde quod boluerit. At conpleti autem ipsi tres anni, tunc ipsa cesina remittat at mea potestatis vel de meis eredibus scanpata bona, ut perfecte possant tota ipsa cesina arare et mangnaniiare illa

cum bobes, et illis liceat inde exire cum omnis illorum causa et facere exinde quod boluerit. Unde per conbenientia guadia michi ipse iohannes dedit, et mediatorem michi posuit citru filius quondam petri presbiteri; et per ipsa guadia *etc. Statuta mulcta viginti auri solidorum Constantini.* quod scripsi ego ademari notarius.

† Ego Iohannes notarius me subscripsi

† Ego ademari notarius me subscripsi.

DCCCXXXIX.

A. D. 1031.

† In nomine domini quartodecimo anno principatus domni nostri guaimarii filii quondam domni guaimarii magni principis, mense octuber, quintadecima indictione. Ideoque ego mulier nomine mila filia quondam iohanni, et uxor sum astilfi filii quondam leoni, de claro mihi pertinentes esse una sedilia de casa intus castello caput aquis, ubi proprio ad ipsa fassa dicitur, a super et propinquo ipsa ripa mihi pertinentes a supradicto genitorem meum et est coniuncta cum ipsa casa de petrus clericus filius quondam teuderici, et congruum est mihi tota et inclita ipsa sedilia de casa, qualiter conciata vel edificata est, illos donare ad remedium filium quondam andree et ad beraldum generum suum et filium quondam biti, et, ut pleniter secundum lex, ego nominata mulier fecit exinde notitiam ad predicto viro meus qui est mundoalt meum, et una cum ipso viro meus pariter perreximus intus caput aquis ante subscripti testes per bona conbenientia per anc quoque videlicet cartulam bona etenim nostra bolumtate donamus adque ad semper abendum confirmamus vobis iamdictis remedii et beraldu tota et inclita ipsa iamdicta sedilia de casa de intus predicto castello que abet ec finis et mensurias. A pars orientis sunt pedes quadtuor, et semisse unu, et planta una, et untia una: a pars septemtrionis sunt pedes decem et octo, et semisse unum, et untie tres: a pars occidentis sunt pedes quadtuor, et semisse unu, et untie quadtuor: a pars meridie sunt pedes decem et octo, et semisse unum, et uncie tres, totum mensuratu ad iusto pedes manus ominis; hec vero iamdicta sedilia de casa, qualiter mensuria ipsa circundat, sic tota et inclita illut vobis remedii et veraldi donabimus, cum introitu exitu et vice de bia sua, et cum omnia intro se abentibus omnibusque inde pertinentes, ingrediendum et regrediendum a super in ipso solario, quam et in ipso catoiu cum omnia vestra utilitate per ipsa regia de ipso catoiu, quod commune abuimus cum predictus

petrus clericus et tale vicem inde abeatis per ipsa regia de ipso catoium vos iamdicto remediu et beraldu ingrediendum et regrediendum et vestris eredibus, sicut et ipse petrus clericus ibidem abunt, hunde nihil nobis aut ad eredibus meis, aut cuiqua ominibus exinde non reserbabimus vel dicimus alicui ibidem manere sortionem, set totum et inclitum illut vobis iamdictum remedium et bernaldum donabimus cum sericidiis suis, et cum bice de strictolis et plateis suis, qualiter pertinentes est in ipsa predicta sedilia de casa, ad securiter et firmiter amodo et semper vos et vestris eredibus illos, ut dictum est, avendum, dominandum, possidendum et omnia exinde faciendum que vobis vestrisque eredibus placuerit, sine omni nostra vel de nostris eredibus aut cuiqua ominibus aliqua contrarietate. Unde pro confirmanda et stabiliscenda ec suprascripta vestra donatione nunc a presente recepimus a vos iamdictis remediu et bernaldu ego nominata mulier, unaque cum ipso mundoalt meum launegilt sclauso camiso uno, et cum eo mistum tarenos aureos quindecim in omne deliberatione, sicut inter nos combenit, finitum est oc donum per subsceptum launegilt, ea ratione ego nominata mulier commune consensum cum ipso viro meus guadia vobis remedium et bernaldi dedimus, et mediatorem vobis posuimus petrus filius pinnini clerici; et per eadem guadia per bona conbenientia obligo me iamdicta mulier una cum ipsu mundoalt meum et nostris filiis et eredibus predicta nostra donatione in omnibus, ut dictum, illut vobis defensandum et ad vestros eredes nos et nostros eredes etiam et da illis ominibus et partibus, qui pro nostris partibus vobis, aut ad vestros eredes emiserit qualiscumque causationes et da omnibus ominibus omnique partibus. Et qualis tempore bolueritis per bos exinde esset autores et defensores, vice nostra licentia et potestate abeatis cum ista cartula, seu cum quale alio monimen et ratione inde abere potueritis, in omnibus inde causare et finem facere, et eos vobis defensare; nam, quando nos nostrisque eredes inde autores et defensores abere quesieritis, nos autem nostrisque eredibus in omnibus, ut dictum est, eos vobis defensemus ab omnibus ominibus omnique partibus. Et si illut vobis defensare non potuerimus, tunc, sicut in lex langobardorum de donum et launegilt continet, ita nos et nostros eredes adimpleamus et persolbamus iustitia. Si autem *etc. Sequitur formula consueta, statuta mulcta triginta auri solidorum Constantini.* et taliter scribere rogabimus te dauferius clericus et notarius intus caput-aquis.

† Ego pinninu clericus

† Ego mari.

DCCCXL.

A. D. 1031.

† In nomine domini quartodecimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis filii domni guaimari, mense nobember, quintadecima indictione. Cum essem ego grimoaldus comes et iudex ante aulam sancti maximi qui eficatum est intus salernitanam cibitatem, tuc ibique ante me coniunti sunt maghenulfus presbiter filius quondam granati, et petrus diaconus filius iohanni cum rodelgrimus et acceptu germani filii maraldi, et romoaldus et iohannes, qui sunt germani filii iohanni, qui sunt abitatori de locum muntorum, ipsi germani pro bice sua et pro bice de alii germano suo propter quod causanter dicebant ipsi maghenolfus presbiter et iamdictus petrus, ut ipsi germani retinerent rebus in ipso locum muntoru qui est pertinentem ipsius ecclesie sancti maximi, quod dicebant ipsi maghenolfus et petrus, ut illut retinere in beneficium a parte ipsius ecclesie, set ipsi germani ipsa rebus minime operaberunt, sicut inde obligati fuerunt, et per legem inde componere debebant ad pars ipsius ecclesie; set antequam compositione inde esset, perbenierunt inde in combenientia. ipsi germani boluntarie sue pro bicibus suis et de germani sui guadia dederunt ipsorum maghenolfi et petri, et mediatorem eorum posuit se ipsis; et per ipsa guadia obligaberunt se et suis eredibus, ut plicarent brebri qui de ipsa rebus abet, et remicterent illis ad potestatem ipsius ecclesie, et communiter super ipsa rebus pergerent, et illum mensurarent, et facerent inde brebri inter se, ut omni tempore illut ipsa rebus illis retinere et laborare et cultare, et quantum binum inde exierit, medietatem illut dare ad pars ipsius ecclesie, et medietatem illut sibi abere, et ipsa sortione de ipso binum ipsius ecclesie, illis reponere et salbum facere, sicut meruerit, et terraticum dare et palmentateca, et missum ipsius ecclesie notrire, et per ipsa guadia *etc. Statuta mulcta quinquaginta auri solidorum Constantini.* verumtamen et abellane que ibidem fecerit, similiter ille medietatem dare ad pars ipsius ecclesie, et obligaberunt se ipsi germani, ut in suprascripta faciant permanere ipsi alii germani sui et eorum eredes. et pro parte ipsius ecclesie scribere fecimus te iaquintus notarius.

† Ego qui supra grimoalt comes et iudex.

DCCCXLI.

A. D. 1031.

† In nomine domini quartodecimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosus princeps, filius quondam domni guaimari principis, mense nobember, quintadecima indictione. Memoratorium factu a me truppoaldus dei gratia habbas scriba palatii ecclesie sancte marie pertinentem supradicti mangni principis et de germani sui et iohanni comiti, thio illorum filio domni iohanni olim principis, eo quod ante subscripti testes per combenientia coniunsit me cum ebreis , i sunt iosep filius elie , et gautius filius samueli , abraam filius manueli, et maio filius moisèn, iaquinto filius gautii, abraam filius elie, esagia filius calep, minachem filius elie propter unum puteum pertinentem ipsius ecclesie, que factum est in terra ipsius ecclesie intus hec civitate intus ipsa iudaica, qui de ex omni parte ad fine ipsius ecclesie coniuntum est, et iam ipse puteum de ante os annos ipsi ebrei cum aliis da pars ipsius ecclesie tenuerunt. Modo quidem combenientibus inter nobis, ego autem tradidit ipso puteum ipsorum ebrei in tali ordine, ut amodo et usque biginti nobem anni conpleti ad illorum sint potestatem illut tenendum et conciare ipso puteum, sicut de antea fuit factum et conciatum, et de super faciant cammarella [1]), et sic beniant facta, sicut de antea fuit, ut da parte meridie abeat vice de bia ad auriendum aqua de ipso puteum, et illis et illorum eredes potestatem abeant de ipso puteum aquam aurire, et tollere quanta boluerit, et portare ad domus illorum, et licentia aberent illis ad alie ebreis aqua de ipso puteum dare ad auriendum quanta boluerit, et nullam lesionem aut contrarietatem faciant a foras ipso puteum in illut quod in ipsa ecclesia pertinet, et pro censum exinde per omnis annu amodo et usque ipso constitutum darent mihi vel in pars ipsius ecclesie in chalendis septembrii mensis dua paria de otra [2]) caprina bona obtima, qualis meliores se inbenire potuerit inter ipsa iudaica, sine omni macula et lesione, et unum cingulu bonum de siricu mundum, sicut meruerit; et si forsitans mihi vel in pars ipsius ecclesie non placuerit tollere ipsa otra, stetit inter nobis, ut per omnis annu per ipsa kalendas dare nobis pro ipsa otra duo auri tari boni de moneta bona et medium tari et ipsum cingnulu, sicut

---

[1]) *cammarella,* vox vulgaris, idest *aedicula.*

[2]) *otra:* uter.

supradictum est. de qua per combenientia guadia mihi toti ipsi ebrei dederunt, et mediatores posuerunt ipsum gautium, et ipsum abraam filium manueli, et ipsum iosep filium elie, et predictu maio pro se et pro ipsi alii mediatori exierunt ; et per ipsa guadia *etc. Statuta mulcta biginti auri solidorum Constantini.* et hunc brebem scripsi ego ademari notarius.

† Ego iohannes notarius me subscripsi

† Ego petrus notarius me subscripsi.

DCCCXLII.

A. D. 1032.

† In nomine domini quartodecimo anno principatus domni nostri Guaimarii gloriosi principis, filii quondam domni guaimarii principis, mense februarius, quintadecima indictione. Nos madelmus filius quondam iaquinti et mulier nomine griselaita filia quondam mari, qui sumus coniugati vir et uxor, Clarefacio ego iamdictus madelmus abere rebus in locum transboneia mitilianense finibus et pertinentia est salernitanam, et congruum mihi est inde vindere una pecia de terra cum vinea, et bacuum, et quertiis, et cannietum uno tenientem in eodem loco transboneia, ubi proprio dicitur ad tegora, abentem as fines et mensuras. A parte orientis fine bia publica, sunt inde per ipsa bia passi sexaginta et gubita dua : A parte meridie fine alia terra cum vinea meaque madelmi quod mihi reserbabi, sicut termiti inde figere debemus, sunt inde passi septuaginta octo et gubita dua; a pars occidentis fine bia nostra conmunale, que ducit aliquantum inter ista rebus et rebus monasterii sancte marie de duliaria pertinentia de amalfi, habet per ista bia passi sexaginta et gubita dua: A parte septemtrionis fine alia bia nostra conmunale, unde per ora de ista bia termiti ficturi sumus, et qualiter ascendit ista bia conmunale et coniungit cum ista bia publica quod est priore finem, sunt inde per ora de ista bia conmunale passos sexaginta quinque, totum mensuratum ad passum illum qui signatum est pro iusta causam in columna marmorea de ecclesia sancti mathei de archiepiscopio salernitano. Et ego predicta mulier nomine griselaita uxor istius madelmi palamfacio in ipsa pecia de terra quartam partem abere per meum scriptum morgincahp, mihi emissum per ipso viro meus alia die nostre copulationi, et congruum mihi est conmuniter cum ipso viro meus illut

venumdare sergi presbitero filio quondam gregorii de marciano, qui fuit natibus de surrento, et modo est abitante in civitate amalfi, et, ut pleniter iusta legem illut perfice poteremus, fecimus inde notitiam ad tres propinquiores meos parentes, et una cum ipsis meis parentibus, et cum ipso viro meus, et cum ipsum sergi presbiter perreximus coram presentiam grimoaldi comiti et iudici, et ipse comes et iudex secundum mandatum legis me predicta griselaita interrogavit et inquisivit, ne forte aliqua violentiam esset partibulam. In eius presentiam et im presentiam de ipsis meis parentibus manifesta sum nullam paterem violentiam, set volumtate mea esset ipsa quarta mea de ipsa pecia de terra venumdandum etiam pro stabilitatis causam ipse iudex in anc cartulam suis manibus posuit et mirandus notarius per notitiam ipsius iudici cepit anc cartulam scribere, ut absque damnationem legis securus inde maneret. Quo ita factum, tunc nos nominati madelmus et griselaita, vir et uxor, sicut nobis congruum est bona nostra volumtatem per anc cartulam ante presentiam ipsius grimoaldi comiti et iudici venumdedimus tivi predicti sergi presbitero tota et inclita ipsa pecia de terra cum vinea, et cannietum, et bacuum cum suis arboribus uno tenientem per iamdictas fines et mensuras cum una casella qui ibi est, et cum omnia infra se abentibus omnibusque suis pertinentiis et cum vice de predictis biis, Ad securiter et firmiter amodo et semper tu iamdictus sergi presbiter et tuis eredibus, seu cui per te datum paruerit, seu cui cartula ista in manum paruerit, illut integrum abendum, dominandum, possidendum, omnia exinde faciendum quod volueritis. Unde pro confirmandam et stabiliscendam anc nostram vinditionem a presentis recepimus a te statutum pretium, i sunt auri solidi de tari triginta duo ana quadtuor auri tari boni per solidos, sicut inter nos conbenit in omnis deliverationem. De qua nos predicti madelmus et griselaita, vir et uxor, conmune consensum et volumtatem, quam et per conbenientiam guadia tivi iamdicti sergi presbitero dedimus et fideiussore tivi posuimus iohannes genero nostrum filius quondam alfani; et per ipsa guadia obligamus nos et nostris eredibus amodo et semper defensandum tivi tuique heredibus, seu cui per te datum paruerit et ad eius eredes, vel cui cartula ista in manum paruerit, tota et inclita supradicta nostra vinditione, qualiter superius diximus, ab omnibus hominibus omnique partibus; et quando per vos ipsis volueritis inde esset auctores tu, vel cui per te datum paruerit seu vestris eredibus, aut cui cartula ista in manum paruerit, potestatem abeatis, qualiter volueritis cum quale munimen et rationem exinde abueritis; nam, quando nos vel nostris eredibus quesieritis inde abere auctores, tunc nos predicti vir et uxor et nostris eredibus cuncta supradicta nostra vinditionem tivi predicto sergi presbitero, vel cui per te datum paruerit et ad vestris eredibus, seu cui cartula ista in manum paruerit, ut prelegitur, defense-

mus et omnia vobis adimpleamus; sicut superius legitur. Quod si taliter *etc. Statuta mulcta centum auri solidorum Constantini.* et taliter conmuniter scribere rogavimus te predictus myrandus notarius actu salerno.

† Ego qui supra grimoalt comes et iudex

† Ego alfanus comes

† Ego Iohannes notarius me subscripsi.

DCCCXLIII.

A. D. 1032.

† In nomine domini quartodecimo anno principatus domni nostri Guaimarii glorioso princeps, filii quondam domni guaimarii principis, mense februarius, quintadecima indictione. Memoratorium factum a me benedictu de calbanicu filio quondam rodenandi ante idoneis homines, pro pars suprascripta gloriose potestatis et guidoni et paldulfi germani eiusdem gloriose potestatis tradidit mihi visiniano sculdais una pecia de terra cum castanietum pertinentem eidem gloriose potestatis et de ipsi fratres eius in predicto locu calbanicu, ubi ad cupula dicitur, per ec finis et mensurie: a parte orientis fine ballone, inde passi septuaginta: a pars occidentis passi alii septuaginta, in capite latitudo passi quadraginta duo, in medio passi alii quadraginta duo, in pede est fine nostra, inde passi triginta duo, totum mensuratum ad iusto passum, ut amodo et semper ego et meis eredibus et homines quod ibi mittere voluerimus ad laborandum, nostre potestatis illut teneamus et dominemus, et fobee et omnis nostre utilitatis iusta ratione ibi faciamus. Et totum illut cultemus et studiemus et laboremus omnes annos, sicut meruerit, et salbum illut faciamus, sicut bonum paread laboratum et cultatum et salbum, ut proficiad et non disperead, et omnes annos apto tempore castanee ipse que ibi fuerint, colligamus et colligere faciamus et seckemus ad domus nostras in ipso locum, ubi nos habitamus, et faciamus scire apto tempore omnes annos, quando meruerit, ordinatum de pars ipsius gloriose potestatis et de ipsi fratres sui, ut ibi veniad aut dirigad missum, et nos castanee ipse secke dividamus in tres partes: inclita tertiam partem de ipse castanee demus omnes annos ad ordinatum ipsum, vel ad eius missum qui ibi veniet, et due partis inde nobis habeamus: Et per iussionem ipsius supradicte gloriose potestatis guadia mihi ipse visinianus dedit, et mediatorem mihi posuit alderisi notarius

filius quondam alderissi qui musandus vocabit; et per ipsa guadia obligavit se ipse domnus princeps et suis eredibus amodo, et dum venerint ad legitima etatem ipsi fratri sui, defensaret mihi meique eredibus tota et inclita ipsa traditione, qualiter superius dictum est, cum vice de via sua ab omnibus ominibus omnique partibus et non illut nobis contret, et hab inde in antea semper defenset nobis ipsa sorte sua cum vice de bia sua ab omnibus ominibus omnique partibus. Et si taliter, ut predictum est, nobis non adimpleverit et aliquit inde contradisserit illius placentem, per ipsa guadia componere obligavit se ipsa gloriosa potestas et suos eredes mihi meique eredibus viginti auri solidos constantinos; tamen et de que per annos ibi seminamus, demus inde ad ipsum missum illorum terraticum secundum consuetudo de ipso locum, et quando venerit ibi ipsum missum pro recipiendum ipsa frugia, usque dum ibi steterit pro ipsa frugia tollendum, nos illum notriamus secundum nostra possivilitatem. Ego supradictus benedictus misi in suprascripta rebus petrus germanum meum, ut omni tempore ipsis ambo germani et nostris eredibus illut teneamus in suprascripta ratione et adimpleamus omnia eidem gloriose potestatis et ad ipsi fratres eius et ad illorum eredibus, qualiter supra legitur, quod scripsi ego iohannes notarius.

† Ego roderisius

† Ego Iaquintus notarius me subscripsi.

DCCCXLIV.

A. D. 1032.

† In nomine domini quartodecimo anno principatus domni nostri guaimari filii quondam domni guaimari glorioso principe, mense aprelis, quintadecima indictione. Memoratorium factum a nobis lando filio idem landoni bassi, et nucerino filio eius, et maraldus filius quondam iohanni bassi, et petrus et bassum germani filii quondam nucerini, qui fuit germanus maraldi, eo quod ante subscripti testes per vona comvenientia tradidimus nicola grecus, qui est abitator in locu nucerie et filius quondam constantino grecus, una pecia de terra nostra quod nos suprascripti in communiter abemus ad pede de turre rubta mezana, et est ipsa terra per hec finis et mensurie: de pede ab ocidente fine bia qui est de pede da ipsa turre, inde sunt passi sex: a pars meridie fine litti, inde sunt passi alii sex: a pars orientis fine nostra, inde sunt passi quadtuor: a pars septemtrionis fine

litti, indeque sunt passi decem et revolbentem per ipsa fine nostra et litti qui est a pars occidentis, sunt inde passi sex et medium, iterum salientem a pars septemtrionis fine bia, sunt inde passi quindecim: a pars orientis fine de ominibus de angre, sunt inde passi sex minus guvito unum, iterum descendentem a pars meridie fine ipsius litti et de consortibus nostris, sunt inde passi usque ad ipsa revolta quindecim, totum ad iusto passum omini est mensuratum. hec vero rebus per iamdicte finis et mensurie cum omnia intro se abentibus omnibusque suis pertinentiis et cum bice de bia sua inclitum illut nos toti suprascripti unianimiter ipsius nicola tradidimus in talim ordine, ut amodo et semper omni tempore, natos nascentes, a sua et de suis heredibus sint potestate eos tenendum et dominandum, et fobee et omnis sue utilitatis iusta ratione ibidem faciant, et ibidem residere et avitare, et plantaret illut ibidem et pastenaret poma et celsa sic itaque, ut completi amodo et usque quindecim anni abeant illis vel illorum heredibus in tota ipsa rebus per supradicte mensurie poma et celsa bona pastenata, sicut de tantos annos locus ipse meruerit, et quanta poma et celsa inde tollere vel abere potuerint amodo usque ipsi quindecim anni completi, totum illut sibi abeant et nullam inde nobis vel ad nostris heredibus inde deant. preter de quod amodo et omni tempore ibidem seminaverint, deant illut inde nobis terraticum secundum consuetudine de ipsum locum, et da ipsi quindecim anni in antea omni tempore quanta poma inde exierit et folia de celsa illut vel illorum heredibus suo tempore colligere, et dibidamus ibique intus ipsa rebus tota ipsa fructifera per medietate: nos et nostris eredibus tollamus inde medietatem, et ipsa medietate nostra sic illut dividamus per ratione, ego qui supra lando et nucerino tollamus inde medietatem, et ego maraldus cum ipsi nepotibus meis alia medietatem, et ipse nicola grecus vel illorum heredibus tollant inde inclita medietate; et da ipsi quindecim anni in antea qualecumque tempore illut vel illorum heredibus ipsa nostra traditione tenere et lavorare noluerint aut non potuerint, liceat illut inde exire et tollere inde omnis causa sua movilia et dixturbare inde casa et retdita, quod illis diebus ibidem abuerint, et portaret illis ubi voluerint, asque omnis contrarietate nostra et de nostris heredibus, et tota ipsa rebus redeant ad nostra potestate: et si de anc terra salernitana exierint pro aliiubi ad avitandum, aut si tale fecerint culpa, unde ad palatium cecidere debuerint, inclita ipsa rebus redeant ad nostra potestate; et si infra tribus anni ic redierint ad abitandum, vel si de ipsa culpa liberati fuerint, inclita ipsa rebus redeant ad illorum potestatem per iamdicto ordine: tantum si illut lavoratum inbenerint, licead illut qui eos lavoraverint, ipsu frudium de ipsu anno inde recolligere. unde in eodem ordine per vona combenientia guadia nobis ipse nicola dedit, et mediatore nobis posuit leo grecus abitator in nucerie; et per ipsa gua-

dia obligavit se et suis heredibus, ut si taliter omnia superscripta noluerint adimplere, vel aliquit exinde contradixerit, per ipsa guadia obligavit se et suis eredibus ad componendum nobis nostrisque heredibus biginti auri solidi constantini et omnia superscripta per iamdicto ordine illut nobis compliret amodo et semper omni tempore, usque dum illut tenuerit, nos illorum defensemus da omnes omines omnique partibus. et unc brebem scripsi ego iohannes notarius qui interfuit. verumtamen oc recordamus nos qui supra germani de omnia superscripta quod tradidimus una cum....... et abocatoribus nostris fecimus. quod subiunsit ego superius dictus iohannes notarius.

† Ego guandelferi

† Ego ademari.

DCCCXLV.

A. D. 1032.

† In nomine domini quartodecimo anno principatus domni nostri Guaimarii gloriosi principis, filii quondam domni guaimarii principis, mense iunius, quintadecima indictione. Ideoque ego iohannes monachus filius quondam petri, qui et ille ad monachicum abitum pervenit, Eo quod ante presentia domni iohanni venerabili abbati monasterii sancte marie et sancti benedicti siti intus anc salernitanam civitatem, sub cuius dominium regulariter maneo, etiam ibidem adesset grimoalt comes et iudex cum aliis ydoneis ominibus ostedi ego in illorum presentiam unum brebem continentem: de vicesimo octabo anno principatus domni guaimarii et secundo anno principatus domni iohanni eius filio, gloriosi principibus, de mense februarius, quintadecima indictione , et qualiter ego coniunctus fui ad combenientiam cum romoaldus notarius, et petrus, et iaquintus, et ursu germani mei, et adsociabimus inter nos rebus que nobis pertinet per successionem, et illut quod paratum abuit ipse romoaldus da ursu thio noster et da grimoaldus filius iohanni in locum tuscianum et sicut conbenit... ipse romoaldus germanus noster illut adsociabit , sicut ipso brebem continet, et inter aliut que ipso brebem continet, comprehenserad in socia ad dividendum ipse iaquintus germanus noster rebus nostra de locum tuscianum, ut illut divideret iusta rationem in quinque sortis et prius inde comprehendendum ego predictus iohannes

secundus, ipse ursus tertius, ipse petrus quartus, ipse romoaldus quintus, ipse iaquintus et obligavimus nos per partes et nostris eredibus tradendum inter nos ipse sortis cum vice de viis suis per firme scriptionibus cum pena obligata, sicut consuetudo est terre istius et nos supradicti germani guadia dedimus ipsius romoaldi notarium germanum nostrum, et ego predictus iohannes et ipsum petrus et ipsum iaquintus posuimus mediatorem ipsius romoaldi poto filius balsami, et ipse ursus mediatorem posuit ipsius romoaldi disiio filius alchoini, dandum ipsius romoaldi per unusquisque ana quinque auri tari. pro qua ipse romoaldus inter nos fratres in conmune ammisit ipsa rebus de tuscianum, quod ille paratum abuit da ipsum ursu thio nostrum et da ipsum grimoaldus, et guadia mihi inde dederat ipsi germani mei in supradicto hordine et mediatore posuerant, ipse iaquintus et ursus et petrus posuerunt mihi mediatore petrus clericus filius falconi ballense, et ipse romoaldus posuerat mihi mediatore ipsum poto filius balsami; et per ipsa guadia obligaberunt se ipsi germani mei et suis eredibus, ut si taliter, ut suprascriptum est, de ipso brebem per supradicto hordine mihi meique heredibus non adimpleberint et aliquit inde contradixerint, per ipsa guadia componere obligaberant se ipsi germani mei et suis eredibus mihi meique heredibus quinquaginta auri solidos costantinos et talia inde conplirent: scripto brebem ipsum per alderissi notarius, et ibidem scriptum raiemprandus iudex. et cum ipsum brebem fuit lectum, congruum est mihi nominati iohanni monachi illut totum, quantum mihi pertinet in ipso locum tuscianum vendere petri filio mansoni; interea ego nominatus iohannes monacus, sicut mihi congruum est, bona mea volumtatem per largietatem et absolutionem supradicti domni abbati, per anc videlicet cartulam, ante ipsum domnus iohannes venerabile abbas, et ante presentia ipsius grimoaldi comiti et iudici, et ibi esset etiam iohannes clericus advocator ipsius monasterii, venumdedi tivi nominati petri filio iamdicti mansoni, per absolutionem ipsius genitori tuo, tota et inclita quanta rebus abeo in tota finis et pertinentia de locum tuscianum, videlicet de sortione ipsius genitori et ienitrici mee, quod abuerunt in tota pertinentia de locum tuscianum, venumdedi tivi inclita quintam partem, et de sortione qui fuit ipsius ursi thio nostrum et de uxore sua, quod abuit in tota pertinentia de locum tuscianum; similiter venumdedi tivi alia quintam partem, et de sortione quod abuit ipse grimoaldus in tota pertinentia de locum tuscianum; alia quintam partem tivi nominati petri venumdedimus cum omnia infra ipsis rebus abentibus omnibusque suis pertinentiis, et cum vice de viis suis et cum bice de quantum qui infra ipsa rebus est, aqua inde auriendum tu et tuis eredibus et ominibus vestris, quanta volueritis omni tempore iusta ratione, ad securiter et firmiter amodo et semper tu predictus petrus et tuis eredibus inclita supradicta nostra vinditione abendum, dominandum, possidendum,

omnia exinde faciendum quod volueritis; et pro confirmandam et stabiliscendam anc nostra vinditione recepi a te per absolutionem ipsius genitori tuo , qui infirmus est , auri solidos de tari decem et octo ana quadtuor auri tari boni per solidos, sicut inter nos conbenit in omnis deliberatione. De qua mea volumtatem ego predictus iohannes monacus per absolutione ipsius domni abbati guadia tivi nominati petri dedi , et mediatorem tivi posui romoaldus filius quondam corbi qui est congnatum ipsius mansoni genitori tuo , et per ipsa guadia *etc. Sequitur consueta formula , statuta mulcta centum auri solidorum Constantini.* verumtamen hoc memoramus ego predictus iohannes monachus, quia etiam venumdedi tivi nominati petri inclita sortione nostra de monimen de tota predicta rebus de locum tuscianum pertinentes quod abunt ipsi germani et consortibus meis, ad faciendum inde quod volueritis, et palamfacimus, quia una quarta de sortionem ipsius grimoaldi filii iohanni ego predictus iohannes monachus cum ipsi germani mei debemus dare ad dauferada filia alegrime , qui fuit ipsa alegrima sororem predicti grimoaldi; unde hoc volo et statuo , ut quando ipsi germani mei plicati fuerint ad dandum ipsa quarta , tu nominatus petrus similiter plicetis vos et una cum illis ipsa quarta detis ad ipsa dauferada filia iamdicte alegrime, ut ego et meos heredes nullam inde abeamus molestationem, et ut cartula ista in aliis modis non siat transmutata , due cartule per uno tinore inde scribere rogavi ; ista cartula quod tivi nominati petri emisimus , et alia talem aput nos inde scripta retinemus. Et taliter scribere rogavimus te myrandus notarius, actu salerno. Verumtamen supradicta rebus, quod ego predictus iohannes monachus tivi nominati petri venumdedi est ulter ipso flubio tuscianum, quod subiunxi ego supradictus myrandus notarius.

† Ego qui supra grimoalt comes et iudex

† Ego qui supra iohanne clericus et advocator.

DCCCXLVI.

A. D. 1032.

† In nomine domini domno romano dibina gratia imperator augusto, deo propitio, quinto anno imperii eius, mense hoctuber, prima indictione. Ideoque ego nomine ademari filius

quondam iohanni presbiteri, qui sum commorantes intus cibitate luceria, Declaro enim intus in ac predicta cibitate luceria coram presentia benedicti iudicis et aliis nobiliores hominibus qui hic subter conscripti sunt, quia pertinentem mihi abeo ex predictum genitorem meum una torna de vinea in excla illa pars flubio salsulo. . . . . qui dicitur ad ipsa labandaria, subtus hanc predicta civitate luceria, que his dicta vinea pro meis magnis necessitatibus. . . dum michi vindere congruum est et mea congruitate exinde conficere debeo. Quapropter, dum michi congruum et abtum esse videtur, vona etenim mea volumptate per anc enim videlicet cartulam vindedimus tibi michaeli. . . . . . integram et funditus ipsam iamdictam vineam, qualiter michi esse pertinentes per ec finis et mensure, qualiter in ista cartula hic subtus declaratur. De prima pars quod est a medio limite et fine ipsa vinea iohanni filii gisaldi abunculi mei, inde sunt ad iustum mensuratum hominis mediocris persona passi triginta quinque. De secunda namque pars quod est a medio limite et fine ipsa vinea madelperti presbiteri, inde sunt passi triginta nobem. De tertia vero pars, quod est ab ipsa via puplica que badit infra ipse vinee, inde sunt usque in prioras fines passi triginta uno. Inter iste namque finis et mensure que superius cernitur et legitur, de fine in finem, quantum infra claustrum est de ex eodem vinea, unde nec nobis, nec ad eredibus nostris, neque ad nullum quempiam hominem ibi aliqua portio reserbabimus requirendi; Set qualiter edificiata est eamdem vinea, una cum mediis limitibus et cum viis et anditis suis, et cum legitima ingressa et regressa sua, et cum inferius et superiusque suis, et cum arboribus pomiferis et inpomiferis et cum suis omnibus pertinentiis, et cum omnia infra se abentibus integra, velut prelegitur, ipsa iamdicta vinea venundedimus tibi cuiusdicti michali comes emtori nostro possidendum. De quo pro constabiliscendam tibi atque confirmandam hanc nostra vinditionem, manifesti sumus, quod a presentem recepimus a te prenominatum emptorem nostrum finitum pretium duobus solidi soterici voni per caput; finitum est enim, Ea videlicet ratione, ut amodo et semper eadem nostra vinditione integra, qualiter prelegitur, abere et possidere baleatis, et faciatis exinde, quemammodum tibi vel at tuis eredibus placuerit, sine nostra et de nostris eredibus requisitione. Unde guadia tibi dedimus et mediatorem tibi posuimus musando filius lupini, et obligamus nos et nostris vobis cuiusdicto emptori nostro et at tuis obligamus eredibus, ut anc nostra vinditione integra, qualiter prelegitur, nos vobis ab omnibus hominibus ab omnique partibus antistare et defendere debeamus; quod si noluerimus, aut si nos ipsis per quavis ingenium anc nostra vinditione vobis retornare aut remobere quesierimus, primis omnium questio et causatio nostra inde sint bacua, et decem aurei solidi constantini nostros eredes vobis vestrisque eredibus componere obligamus, et in

antea taciti et confusi maneamus per invitis, per supradicta guadia et iamdicto mediatore, qui se tribuit vobis ad pignerandum omnia pignera sua legitima et inlegitima.... donec per invitis adimpleamus vobis iuxta uius textum cartule, et hanc cartulam nostre vinditionis aput vos omni tempore firmam et stabilem permaneat. quam te deusdedi diaconus et notarius as scribere rogabimus. actum in civitate luceria qui et interfui mense et indictione superscripsi feliciter.

† Ego qui supra benedicto iudice

† Ego poto teste

† Ego ilperino teste.

DCCCXLVII.

A. D. 1032.

† σιγνον χιρος βασϊλϊου. Ἐν ὀνοματι τοῦ πατρος καὶ τοῦ ὑιου καὶ τοῦ ἁγιου πνευματος· ο προαναφερόμενος βασίλειος ο του χρομμυδυο ὁ λορικᾶτος· καὶ πρωτομανδατωρ ἐπὶ τῶν βασιλικῶν ἀρμαμέντων· ἀπὸ τῆς θεοφυλακτου πόλεως ὁρμώμενος· ο τον τίμιον καὶ ζωοποιον σταυρον συν τω ιδιω ὀνοματι, ιδιοχειρος ποιήσας· τὴν παροῦσαν ἑκούσιον κατάθεσιν καὶ τελίαν διάπρασιν ἐκτίθημι. καὶ ποιῶ πρὸς σὲ νικόλαον τὸν ἐπιλεγόμενον τῆς ἁγίας αἰκατερινης ἐπὶ ὑποθεσει τοιαύτη· ἐπῖπερ ἐκ θεοῦ ὁδηγουμενος υασιλειος πρωτοσπαθαριος κατεπανος χρηματίσας ἰταλίας ὁ βοιῶ, ἠλέησέ με καὶ χάριν μικρᾶς παραμυθιας προς ανθισήκωσιν δηλονότι πασῶν μοῦ τῶν δουλιῶν ὧν. ἐπὶ τῆς πράξεως αὐτοῦ πρὸς τὸ μέρος τοῦ κραταιου καὶ ἁγιου

† Signum manus Basilii. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Ego praefatus Basilius de Crommyda, loricatus miles et primus mandatorum Imperialis exercitus, ex urbe a Deo protecta profectus, qui honorandam et vivificam crucem meumque nomen propria manu signavi, praesens instrumentum perfectae venditionis de mea voluntate facio et trado tibi Nicolao, dicto de S. Aecaterina, hac de causa. Quoniam divinitus adiutus Basilius Boio, Protospatharius Catapanus Italiae, mei misertus est, ut aliquod solatium mihi afferret, scilicet ob remunerationem omnium servitiorum, quae ipsi praestiti, in munere quod ille gerebat, pro parte poten-

ἡμῶν υασιλέως· ὅ τε καὶ καιρὸς ταῦτα ἠπαίτει, ἐδωρήσατό μοι καθὼς καὶ τὸ σιγίλλιον ἀυτου περιέχει, τὸ καλύβιν τὸ ὂν ἔνδοθεν τοῦ κάστρου υάρεος· ἀντικρὺ τῆς παναγιας τῆς μετίζζιας καὶ σύνεγγυς τοῦ λουτροῦ τῆς αυτῆς· καὶ ἐκράτησα ἀυτοῦ μέχρι τῆς ιδ' ινς δικτιονος· κατὰ δὲ ταύτην ὁμοίως ἐκ Θεοῦ ὁδηγηθὶ καὶ ποθος ὁ υπευρευγενεστατος πρωτοσπαθαριος κατεπανος ἰταλιας ὁ αργυρος καὶ ἀυθεντης ἡμῶν πρὸσεπεκύρωσέ μοι καὶ ἀυτὸς διὰ τιμιου σιγιλλιου ἀυτοῦ τὸ δηλωθεν πρωτοτυπόν μου σιγιλλιον· και ὡσαύτος ἐκράτησα ἀυτοῦ καὶ ἐδέσποσα κυρίως καὶ ἀυθεντῶς ἀπὸ τε τῆς ε' ινδικτιωνος καὶ μέχρι τοῦ παρόντος ἀπερικόπως καὶ ἀνεπιφωνήτως, καθὼς ἐστι περιεκτικῶς καὶ ἐξ ολοκληρου, ἔχον εἰς μὲν τὸ πλατος πηχεις ἑπτὰ· εἰς δὲ τὸ μάκρος πηχεις ιζ' ἐπὶ τουτο νυνὶ· διὰ τὸ δόξαι μοι ἀνελθεῖν με εἰς τὴν ἐνεγκαμένην, τούτου χάριν απεμπώλησα τὸ τοιουτον ὅλον καλύβιν μου πρὸς σὲ τὸν δηλωθέντα νικολαον εἰς τιμὰς τὰς μεταξὺ ἡμῶν συμφωνηθεισας καὶ ἀρεσθεισας νομισματα ἔικοσι τέσσαρα σωτήριχια, ἅ τινα καὶ ἀνελαβόμην ἀπὸ χειρῶν σου εἰς χεῖρας μου ἐνωπιον τῶν υπογραψαντων μαρτυρων ἐπὶ τελεία ὡς εἴρηται πράσει καὶ ἀποκοπῆ· ὥστε ἀπο του νῦν καὶ εἰς τοὺς ἑξῆς ἅπαντας καὶ διηνεκεῖς χρόνους, ἔχειν σὲ τὸν δηλωθέντα νικολαον καὶ τοὺς σοὺς κληρονόμους επ αδειας τῆς τοιαυτης καλύβης κρατεῖν καὶ δεσπόζειν· πωλεῖν χαρίζειν ἐναλλάσσειν προιξὶν ἐνκαταγράφειν, ἐν ιεροῖς τοποις προσενέγκαι· καὶ απαξ απλῶσ πάντα ποιεῖν ἐξ ἀυτης ως αργυρωνήτου ἤδη ὄντος σου, καὶ ὡς παρ ἐμοῦ τοῦ κυριου ἀυτης τὴν ἐξουσίαν εἰληφῶντος σου·

tis et sancti nostri Imperatoris, quum temporis ratio id postulabat, concessit mihi, ut continetur in eius diplomate, domum, quae est intra civitatem Barii e regione ecclesiae Sanctissimae Deiparae de Metizzia, et iuxta eiusdem ecclesiae Baptisterium; eamque domum possedi usque ad XIV indictionem. Hac autem eadem indictione currente, Pothus Argyrus nobilissimus Protospatharius Catapanus Italiae et dominus noster, similiter et ipse a Deo afflatus, praedictum meum prototypum diploma venerando suo diplomate mihi confirmavit; ac pariter ipsam domum tenui ac possedi tamquam dominus et proprietarius a V indictione usque ad praesentem diem, nemine impediente aut reclamante, integram, et hoc ambitu comprehensam, habentem scilicet in latitudine cubitos septem, in longitudine cubitos septem et decem. Nunc vero quia statui in patriam reverti, ideo integram huiusmodi domum vendidi tibi praedicto Nicolao pro pretio inter nos pacto et convento quatuor et viginti solidorum labarum excusum habentium, quos de tuis in meas manus recepi in praesentia subscriptorum testium pro perfecto pretio, ut dictum est, venditionis et cessionis, ut amodo et in omne deinceps futurum tempus tu praedictus Nicolaus simul cum tuis heredibus habeas in tua potestate huiusmodi domum, cum facultate tenendi, possidendi, vendendi, donandi, permutandi, in tabulis dotalibus scribendi, piis locis of-

μητε παρ' ἐμοῦ καὶ τὸν κληρονόμων μου ἢ τοῦ ὅλου μέρους μου ἐγζητούμενος ἢ περικοπτόμενος εἰς αυτό· εἰ δέ γε ποτε καιρῶ· ἢ χρόνω· εἴ τε ἐγὼ ἀυτὸς εἴ τέ τις τοῦ μέρους μου πρὸς διαστροφὴν τῆς παρούσης ἑκουσιου μου διαπράσεως φανῶμεν κίνησιν ποιοῦντες ἢ ὅλως ἀνατρέψαι ἀυτὴν βουλόμενοι, ἢ μὴ ὅλην τὴν τιμὴν ἀυτης ἀπολαβεῖν ἡμᾶς παρὰ σοῦ λέγοντες, εἰ τέ τινα ἑτέραν πρόφασιν κατ' ἀυτῆς προσράπτοντες, εἴ τε δὶ ἡμῶν αυτῶν, εἴ τε δὶ ἑτέρων ὑποβολιμαίων προσωπων ἀσφαλιζομαι ἐμὲ καὶ τὸ πατ' ἐμὲ μέρος τὴν μεν τοιαυτην τιμὴν ἀυτης τῶν κδ' νομισματων ἀντιστρέφειν ἡμᾶσ πρὸς ὑμᾶς ἢ τὸ καθ' ὑμᾶς μέρος τὸ διπλάσιον· καὶ ἀπαιτῶμαι καὶ χάριν προστίμου λόγω μὲν ὑμῶν νομισματα πριάκοντα· λόγω λὲ τοῦ βασιλικοῦ πραιτωριου ἕτερα νομισματα τριακοντα· παπέχοντας ὑμὶν καὶ τὰς ὀχλήσεις μάσας· καὶ τὰς ὑπὲρ τουτων ἐξόδους, εἶθ' οὕτως πάλιν στερεὰ καὶ εὐπρόσδεκτος παρὰ τῶ δικαστηρίω ἡ παροῦσα μου ὑπαρχει ἐχούσιος καὶ βέβαιος καὶ ἀσφαλὴσ διάπρασις· ὡς προστάξει τοῦ προδηλωθεντος ἀυθεντου ἡμῶν πωλήσας σοι ἀυτὸ, τοῦ καὶ οἰκείω στόματι αυτου παραγγειλαντός σε ἀγοράσαι τό δηλωθεν καλύβιν ἀφόβως καὶ ἀσκέπτως, ὡς ἀπ αρχης τῆς έ ινδικτιωνος ἀπο του βοιῶ ἀπερικοπως κρατησαντος μου ἀυτο· καὶ ὡς ομοίως προστάξει ἀυτοῦ ἀναχωρήσας ἀπὸ τῶν ὧδε εἰς την πατριδα μου· ὅθεν καὶ πρὸς πληροφορίαν παντων τῶν εντυγχανόντων, τὴν τοιαυτην καθαρὰν καὶ τελείαν μου διάπρασιν γράφειν ἐδεηθην διὰ χειρὸς ὀρίστου βαρεος ἐνωπιον τῶν παρακλησει ἡμῶν υπο γραψαντων ἀρχοντων μαρτυρων.

ferendi, et, uno verbo, omnia de eadem faciendi, utpote qui pecuniae solutione ipsam comparasti, et a me ipsius domino proprietatem accepisti ; nec de eadem domo sive a me ipso, sive a meis heredibus, sive a quocumque de mea cognatione impedimentum aliquando aut molestia tibi exhibeatur. Quod si unquam aut ego ipse, aut aliquis de mea cognatione, ad labefactandam praesentem a me sponte factam venditionem quidquam molamur, aut ipsam omnino rescindere velimus, sive integrum ipsius pretium abs te recepisse negantes, sive quemcumque alium praetextum obtendentes, sive per nos ipsos, sive per alias supposititias personas, praesenti instrumento ego ipse et mea cognatio cavemus de duplo ipsius pretii quatuor et viginti solidorum tibi tuaeve cognationi reddendo, ac poenae nomine solvere debeam tibi solidos triginta, et Imperiali Praetorio tantundem, tum etiam omnes lites litiumque expensas praestare, et nihilominus rata et firma in iudicio permaneat huiusmodi spontanea, certa et explorata venditio, utpote quam tibi feci de mandato praedicti domini nostri, qui et tibi ore proprio mandavit, ut praedictam domum sine timore aut dubitatione emeres, quandoquidem ab ipsa V indictione ineunte, nemine reclamante, illam possederim ex Boii concessione, ac similiter de eiusdem Argyri mandato potestas mihi facta sit in patriam remigrandi. Quapropter ad maiorem fidem omnium qui lecturi sunt, hoc purae et perfectae venditionis instrumentum rogatu meo scripsit Orestes de Bario coram subscriptis proceribus testibus a nobis requisitis.

† χωνσταντινος προξημος σπαζηνος παρημι επὴ τη δοσι των χδ' νομισματων και μαρτυρ υπεγραψα ιδιωχειρως.

† πετρος υιος γροιμαλδου πρωτοπαπας υπεγραψα.

† ευσταθιος τοποτηρητης ὅ γροιμαλδου παριμι επι τη δώση των χδ' νομισμαθων. μαρτυρ υπεγραψα ἱδιοχειρος.

† ego petrus imperiali criti.

† νηχολαος χομης χορτης μαρτυρων υπεγραψα.

† στεφανος χομης χόρτης υπεγραψα ιχιοχειρος.

† Constantinus Proximus Opazenus, praesens in traditione XXIV solidorum, testis propria manu subscripsi.

† Petrus filius Grimaldi protopapae subscripsi.

† Eustathius Topoterites filius Grimaldi, praesens in traditione XXIV solidorum, testis propria manu subscripsi.

† Ego Petrus Imperialis Iudex.

† Nicolaus Comes Cortis testis subscripsi.

† Stephanus Comes Cortis propria manu subscripsi.

DCCCXLVIII.

A. D. 1033.

† In nomine domini quintodecimo anno principatus domni nostri guaimari glorioso principe, mense februarius, prima indictione. Memoratorium factu a me friderisius comes filius quondam radoaldi, eo quod ante subscripti testes per vona combenientia tradidit ad tenendum et pastenandum summi filio petri, et domnandi filio angeli de rebus mea, quod habeo in locum ribus altu finibus salernitane, in quo sala frabita betere habemus, qui habet finis et mensurie supradicta nostra tradictione: a parte orientis fine medio ipso ribus saltu, et de tribus partibus fine mea et ipso ribus saltu da fine mea discernit, et est per mensuria de longitudo passos centum biginti, et de latitudo passos alii centum biginti; ad iusto passum homini mensuratum per supradicte finis et mensurie totum et inclitum, cum omnia infra se habentibus et suis pertinentiis, et cum bice de via sua, illut ipsorum summi et domnandi, sicut diximus, ad pastenandum tradidimus, et illis pro taliter per vona combenientia guadia mihi dederunt et se ipsis mediatori mihi posuerunt; et per ipsa guadia obligaverunt se et suis heredibus amodo et usque. . . . . suis heredibus et homines, quod illis ibidem miserint, et eius heredes, inclitum illut sue potestatis tenere et dominare, et fovee et omnis sue utilitatis ibidem facere, qualiter voluerint iusta rationem, et totum illut per supradicte finis et mensurie pastenare. . . . . bono

vitineo, sicut meruerint, et veniant ipso arbusto quod ibidem pastenaverint, da uno arbore in alio arbore passos decem ad iusto passum; seu et de quantam ibidem potuerint pastenare vinea de bono vitineo, et pomis, et cannietum, et salicetum, sicut meruerint iusta rationem; et a quo parutus fuerint, ut de ipso arbusto et de ipsa vinea vinum faciant per tempore de vindemie, faciant me vel meos heredes annualiter inde scire, ut ibidem dirigamus missum nostrum, et illis vel suis heredibus totum ipso arbusto et ipsa vinea vindemiare et poma exinde colligere, sicut meruerit iusta rationem, et in tertiam partem ibique in ipsa rebus illut dividere: nos et nostris heredibus tollamus inde tertiam partem, et illis vel suis heredibus due sortis inde tollat, et ipsa nostra tertia de ipso vino illis vel suis heredibus illut nobis reponere in organeum nostrum, quod nos illorum dederimus per illis conciatum bonum, sicut meruerint, et faciant nobis ipso vino salbum, donec illut inde tollamus absque de igne et gente; et ipsum missum nostrum quod ibidem pro ipse vindemie direxerimus, illis eum notrire secundum suam possibilitatem, donec pro ipse vindemie ibidem steterint, et amodo quod. . . . ipsa rebus seminaverint, inclita tertiam partem ibique in ipsa rebus inde nobis dare: tantum de ortum quod ibidem fecerint, darent nobis iusta rationem, et liceret illis de silbis nostre quod ibidem habemus, lignamina abscidere quanta voluerint pro ipsa clusamina et pro ipsa vinea; ad completi autem ipsi tridecim anni in tota ipsa rebus per supradicte finis et mensurie habeant, sicut diximus, arbustum, et vinea, et pomis, et cannietum, et salicetum factum, et operatum, et cultatum, et clusum, sicut locus ipse est consuetudo et de tantos annos meruerint, ut bene pareat lavoratum, et cultatum, et clusum, et da ipso constitutum in antea omni tempore illis et illorum heredibus, vel hominem illum quod illis ibidem miserint et eius heredes, in ipsa rebus residere et habitare, et sue utilitatis ibidem facere, et rebus ipsa annualiter acto tempore lavorare et cultare de super et de supto, sicut meruerint, et per tempore de vindemie de ipso vino et poma et de quod ibidem seminaverint, annualiter omnia mihi meique heredibus complirent per illo hordine et ratione, sicut superius diximus, et de ipso misso similiter, sicut supradictum est. preter, si da ipso constitutum in antea rebus ipsa tenere et lavorare noluerint per illo hordine et rationem, sicut superius legitur, inclitum illut revertas ad potestate mea vel de meis heredibus; et si de ac terra salernitanam exierit aliiubi ad habitandum perrexerit, inclita rebus ipsa ad nostra revertas potestatem; et si infra tribus anni illis vel illorum heredibus hic reversi fuerint ad habitandum, et rebus ipsa tenere voluerint in predictam rationem, inclitum illut revertas ad illorum potestatem: preter, si ipso anno quod reversi fuerint, rebus ipsa lavorata fuerint, liceret nos ipso anno tolleret inde ipso frudio, et sic rebus ipsa ad illorum revertas potestatem, ad tenendum et

lavorandum illut, sicut supradiximus; quod si aliquit, de quomodo superius legitur, quesierit remobere aut contrare, et taliter omnia suprascripta nobis non adimpleverit, componere obligaverunt se et suis heredibus mihi meique heredibus quinquaginta auri solidos constantinos, et omnia suprascripta per inbitis nobis complirent, et apposuerunt nobis ad pignerandum omnis rebus et causam suam legitimo et inlegitimo, et hunc brebem scripsi ego iaquintus notarius qui interfui.

† Ego petrus

† Ego teudericus me subscripsi

† Ego iohannes notarius me subscripsi

† Ego roderisius

† Ego petrus notarius me subscripsi.

DCCCXLIX.

A. D. 1033.

† In nomine domini quintodecimo anno principatus domni nostri guaimari glorioso princeps filius quondam guaimari principis, mense aprelis, prima indictione. In sacro salernitano palatio cum residere supradictus gloriosus princeps secundum gloriose dignitatis sue, et ante illius presentia hastare hego grimoaldus comes et iudex cum plures aliis noviliores homines, in eadem presentia benit infantulum infra etate nomine iohannes filius quondam visantii, et cum eum benit mulier nomine pinta qui aloara bocatur, filia quondam leoni amalfitanum, qui est genetris ipsius infantuli et uxore fuit iamdicti visantii. Et ipse infans ante supradicta gloriosa potestas cepit sua necessitate intimare dicente: domne, ipse genitor meus mihi devitum ad salbandum dimisit, unde a creditoribus et fideiussoribus nimium obpreensu et angustiatu sum, et non abeo pretium hunde ipsum devitum retdant. Propterea venit ante tua presentia notitiam inde faciendum, hut per tua notitiam tantum de rebus meis dare possam, quantum ipso devitum est quod ego dare debeo, ut mihi maior damnietas propter onore solidorum non accrescat; ipse vero gloriosus princeps interrogavit ipsum infantem, quantum esset ipso devitum dare boleret: ipse iohannes dixit, qui est infante, ipso devitum esset solidos centum, et boleret pro ipso devitum dare inclita medietate de omnis terris et casis sue de intus hanc salernitanam civitatem, et inclita medietatem de omnis rebus sua stavilem a foras hanc civitatem de locis felline et airole

vel ubicumque de ipsa rebus sua inbentus dederit, sive quod ei pertinet per successione a supradictum genitorem suum vel per qualecumque ratione, et accipere inde ipsi centum solidos, quod devitor est dandum. Ipse vero gloriosus princeps propter deum et anime sue mercedem de sua presentiam direxit missum iaquintus, persona deum timentem, qui hoc opus sapienter consideraret, ut ad ipsum infantulum aliqua damnietas contra ratione, aut per neglegentia minime perbeniat. Et dum ipse iaquintus super ipse terris et casis de intus hanc salernitanam civitatem et super rebus ipsa ha foras hanc civitatem perrexit et inde rebersus est, ante supradicta gloriosa potestas narravit, ut studiose ipsa medietatem de ipse terris et casis et de ipsa rebus providissent et estimasset, set non esset balientem ipsi centum solidos, quod ipse iohannes infantem devitor est dandum: ipsa aloara in eadem presentia dixit, ut illam pro ipso filio suo pro ipso devitum dare inclita medietatem de quarta sua, quod ei pertinet per scriptum morgincap, quod eidem aloare emisit ipse visantius in die nuptiarum sue copulationis. Ipse autem gloriosus princeps talia haudientem, solutione illorum dedit talia faciendum; et, dum per plures diebus causam ipsam dibulgaberunt, nemo erat qui illut in tantum pretium emere boleret. Nobissime autem benit in eadem presentia petrus filius quondam pandoni, qui uxorem abet rodelgrima germana ipsius iohanni infantuli et filia predicte aloare. Et dixit ipse petrus, pro qua sic videret angustiatos pro ipso devitum ipsi mater et filius, quamvis non esset balientem ipsi centum solidos ipsa rebus, si benumdederit ei ipse iohannes infante ipsa medietate de ipse terris et casis et de ipsa rebus, et ipsa haloara ipsa medietate de ipsa quarta sua, ille daret eorum ipsi centum solidi, quod ipse iohannes devitor est dandum; ipsa vero mulier aloara nomine in presentia suprascripti gloriosi principis, et secum abentem tres propinquiores parentes suos, me supradictus grimoaldus comes et iudex rogavit, ut ipsa medietatem de iamdicta sua quarta bindere boleret ipsius petri; et ipsi parentes illius in ipsa binditione manus posuerunt et se ipsa vinditrice fecit, et ipse iohannes filius et mundoalt suum inde ei consensit, ut ipsa binditione stavilem sit, et ipse petrus dixit, ut ipsa emtione facere boleret pro se et pro vice ipsius rodelgrime uxori sue. sic itaque acta, nos superius nominati iohannes et aloara, mater et filius, sicut nobis congruum est, per hanc cartulam ante supradicta gloriosa potestatem et ante ipsum iudex ego nominatus iohannes benumdedit, adque ad semper abendum confirmavi tivi supradicto petri tota et inclita ipsa medietatem de iamdicte terris et casis meis de intus hanc salernitanam civitatem, et inclita medietatem de ipsa rebus mea ha foras hanc civitatem de ipsis locis felline et airole, vel ubicumque de rebus mea inbentus dederit, quod mihi undecumque aut quomodocumque fuit et est pertinentes abere, inclita medietatem exinde cum medietatem de monimen mea

inde continentem : ego supradictus iohannes tivi iamdicto petri benumdedi pro vice tua et pro vice de ipsa uxore tua, et ego iamdicta aloara benumdedi tivi iamdicti petri pro parte tua et de ipsa uxore tua tota et inclita medietate ipsa quarta mea de ipsa mea quarta, qualiter mihi pertinet per ipsum meum scriptum morgincap, quod ipse vir meus mihi inde emisit in die nostre copulationis, inclita medietatem exinde tivi nominati petri benumdedi pro vice tua et de ipsa uxore tua, cum omnia intro se abentibus et suis pertinentiis, et cum vice de bie et andita sua, et cum medietatem de monimen mea inde continentem. Nos supradicti iohannes et aloara, sicut dictum est, tivi nominati petri benumdedimus, ad securiter et firmiter amodo et semper vos supradicti petrus et rodelgrima, vir et uxor, et vestris eredibus cunta supradicta nostra binditione, qualiter superius legitur, vobis abendum, dominandum, possidendum et omnia exinde faciendum quod bolueritis; unde pro confirmandam et staviliscendam vobis supradicta nostra binditione, nunc a prentis recepimus exinde a te supradictus petrus statutum pretium auri solidos de tari boni numerum centum ana quadtuor auri tari boni per solidos, finitoque pretium ipsum aput nos, de qua nos supradicti mater et filius guadia tivi supradicto petri dedit et mediatore tivi posuimus landenolfus comes filius quondam rodelgrimi comiti; et per ipsa guadia obligamus nos et nostris eredibus amodo et semper defensandum vobis supradicti petri et rodelgrime, vir et uxor, et vestris eredibus cunta supradicta nostra binditione da omnes homines omnique partibus : preter, quando per vos ipsis bolueritis inde auctores fieret, vestre sit potestatis, qualiter bolueritis vos et vestris eredibus, cum quale monimen et ratione inde abueritis, et per vos ipsis illut vobis defensetis. Nam, quando nos vel nostros eredes inde auctores quesieritis abere, nos autem et nostris eredibus iamdicta binditione vobis vestrisque eredibus defensemus, sicut superius legitur. Et si taliter illut vobis non defensaberimus, aut si nos vel nostris eredibus quomodocumque per qualecumque ratione quesierimus illut vel exinde vobis tollere aut contrare, vel quolivet causationes inde vobis preposuerimus, et suprascripta vel exinde contradixerimus, tunc per ipsa guadia componere obligamus nos et nostris eredibus vobis vestrisque eredibus duocentos auri solidos constantinos et, sicut dictum est, illut vobis defensemus, et questio et causatio nostra et de nostris eredibus adversus vos et vestris eredibus semper sit inde tacita et bacua; hec autem supradicta vinditione medietatem abeatis tu supradictus petrus et tuos eredes, faciendum quod bolueritis, et alia medietatem exinde abeatis tu iamdicta rodelgrima et tuos eredes: tantum ipsa medietatem de ipsa quarta quas superius ego supradicta aloara vobis benumdedi, diebus bite mee reserbavi ad mea potestatem, ad frudiandum nomine, te de ipso frudium omnia facere quod boluero; nam non in quacumque alia parte illut

vel exinde dandum aut alienandum per nulla ratione, et post meum ovitum tota et inclita ipsa medietatem de ipsa quarta meaque aloare reserbatur ad potestatem vestramque viri et uxori et de vestris eredibus, ad abendum illam semper post meum obitum, sicut superius illam vobis benumdedi, per supradicta guadia et obligata pena, quia omnia suprascripta feci per bolumtatem supradicti iohanni filius meum, in cuius mundium sum et una cum illum, sicut superius legitur, de quibus due cartule de uno tinore inde scribere fecimus; ista quod retinet ipse petrus cum ipsa uxore sua, et alia simile quod retinemus nos iamdicti mater et filius. Et taliter scribere rogavimus te ademari notarius actu salerno.

† Ego qui supra grimoalt comes et iudex.

DCCCL.

A. D. 1033.

† In nomine domini quintodecimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosus princeps, filius quondam domni guaimari principis, mense magius, prima indictione. Ante me grimoaldus comes et iudex coniunti sunt iannaci atrianensis filius quondam leoni de marino iudice cum marino atrianense germano ipsius iannaci, et statim ipse marinus adsociavit omnis rebus stavile, quod illorum pertinet a parte ipsius genitori et genetrice illorum, et fecit inde due socie; una socia feci de inclite terris cum casis fabritis et terra baciba, que commune abunt intus prefatam civitate salerno. Et in ista socia adiunsit inclita rebus illorum de locum airole et purriu, quantum quantoque in ipso locum ipsorum germani pertinet a parte ipsius genitori et genetrice illorum. Et qui ista socia compreenserit, dividerent illam iusta ratione in due sortis, cum vice de bie et andito suo. Alia socia feci de tota et inclita rebus ipsorum germani de locum beteri, et de locum cetara, et de locum pasciano, et de locum sepi, de quantum quantoque in predictis locis ipsorum germani est pertinentes abere a parte ipsius genitori et genetrice illorum. Et qui ista socia compreenserit, dividerent illum iusta ratione in due sortis, cum vice de bie sue. Et ipse iannaci compreensit de ipse socie ipsa socia posteriore de ipsa rebus a foras hanc civitate de iamdictis locis, sicut supra dictum est. Et ipse marinus compreensit ipsa socia priore de ipse terris et casis de intus hec civitatem cum illut d'airole et purriu, sicut supradictum est; et qualiter inter illis combenit, guadiaberunt se exinde, et mediatores inter se posue-

runt iaquintus filius quondam iannaci; et per ipsa guadia obligaberunt se et illorum eredes, ut per partes illis et illorum eredes dividerent ipse socie, qualiter superius ille compreenserunt iusta ratione, et faciant inde unus alterum de sua socia due sortis, cum vice de bie et andito suo, sicut supradictum est; et de illut quod dividit ipse marinus, vel eius eredes, prius inde compreendat ipse iannaci, vel eius eredes, una de ipse sortis quale boluerit, et illa qui remanserit, inde comprendant eas ipse marinus vel eius eredes. Et de ipsa socia quod dividit ipse iannaci, vel eius eredes, prius inde compreendant ipse marinus, vel eius eredes, guadia ipse sortis quale boluerit, et ipsa halia compreendant ipse iannaci, vel eius eredes, et per partes illis et illorum eredes sortis ipse inter se tradere, cum vice de bie et andito suo per tale firme scriptionis, sicut lex et consuetudo est istius civitatis, cum pena obligata de centum auri solidos constantinos. Et si taliter omnia suprascripta in supradicta ratione illis et illorum eredes non adimpleberint et aliquit inde contradixerint, per combenientia per ipsa guadia componere obligabit se illa pars et suos eredes qui talia asserit, ad illa pars qui in suprascripta stare et adimplere boluerit, centum auri solidos constantinos, et omnia suprascripta inter se adimplerent, sicut supradictum est. Verumtamen sceptuaberunt illut de iamdicto locum airole, ubi ambia dicitur, quod ipse iannaci suo nomine paratum abet ad pastenatori illorum. Et si de supradicte sortis per legem absque colludio perdiderint, unus alterum iusta ratione inter se et suis eredibus exinde restaurare per supradicta guadia et obligata pena, et taliter pro parte ipsius iannaci scribere fecimus te ademari notarius.

† Ego qui supra grimoalt comes et iudex.

DCCCLI.

A. D. 1033.

† In nomine domini quadragesimo septimo anno principatus domni landolfi gloriosus princeps, et vicesimo tertio anno principatus domni paldolfi filii eius, mense iunius, prima indictione. Memoratorium factum a nobis petrus presbiter filius genci et iohannes filius marandi, eo quod ante nobiliorum subscriptorum testium coniunximus nos in vonam conbenientiam cum iohannes et simeonem germani filii iohanni; et ideo ordine combenientie iusta legem dedimus et tradidimus eorum una pecia de rebus nostra que est beterale, cum

arboribus fructiferi intro abentem, quod abemus in loco vaneo, ad pastenandum nucillitum et castanei palumbuli ibidem ensetandum, et ipsa mela et nuci qui modo ibidem sunt, cultandum amodo et usque tredecim anni conpleti, sicut videtur esse infra ec finis: de una parte fine aqueducto qui est inter ec rebus et rebus illorum, quod nos eorum dedimus pro illum quod nobis pastinare debunt, sicut diximus, descendentem per eodem aqueducto usque in ribus de cirasulum: de alia parte fine ipso ribo de cirasulum: de alia parte fine sicut media sepe decernit: de alia parte fine via. Infra omnes iamdicte finis totam et integram ipsa pecia de rebus eorum dedimus et tradidimus, ut amodo et usque iamdictum constitutum completum eorum sit potestatis et de eorum eredibus illos tenere et dominare, et ipse nuci et mela cultare, et ipsi castanei ensetare palumbuli, et de quantum vacuum ibidem est, pastinare nucillitum, ut a predicto constituto completum abeat ipsi castanei ensetati palumbuli et cultati et studiati voni, sicut voni palumbuli meruerit, et ipsum vacuum abeat pastinatum nucillitum et prisum et cultatum, sicut vonum nucillitum meruerit, et amodo et usque iamdicto constituto conpletum ipsi castanei et ipsa poma et ipse nucelle iusto ordine salbos facere et colligere, et dare exinde nobis terratico de decem sorti una sorte: at predictum constitutum completum tota ipsa pecia aput nos et nostris eredibus remittam: tantum exinde esceptuabimus ipsa labandara, quod comune abere debemus nos et nostris eredibus cum ipsi et cum illorum eredibus, qui est ipsa labandaria per mensurie abagiro [1]) passi decem, proinde debunt nobis ipsa pecia pastinare et cultare, sicut prediximus, pro quo nos dedimus eorum una pecia de rebus ibique coniuncta per finis et mensurie, sicut una eorum exinde continet cartula; et amodo et usque iamdictum constitutum conpletum ipsa pecia de rebus eorum non tollimus, neque contramus, nec nullam sortiam eorum ibidem non facimus, et iusta legem illos eorum da omnem ominem defensamus; de taliter nobis conplendum omnia, sicut superius legitur, vona sua volumtatem guadia nobis dederunt et mediatores nobis posuerunt se ipsi oc tinore. Quod si ec homnia, sicut superius legitur, ipsi et ad suis eredibus nobis et ad nostris eredibus non adimpleberit, viginti solidi aurei constantini nobis componere obligaberunt et cunta que prelegitur, conplire nobis per inbitis per supradicta guadia, et se ipsi mediatori et pena obligata. Ego gualfus archisubdiaconus et notarius oc brebe scripsit et interfuit.

† EGO FALCO

† Ego ioannes.

[1]) Idest per circuitum

DCCCLII.

A. D. 1033.

† In nomine domini quadragesimo septimo anno principatus domni landolfi gloriosus princeps, et vicesimo tertio anno principatus domni paldolfi filii eius, mense iunius, prima indictione. Nos i sumus petrus presbiter filius genci et iohannes filius marandi, eo quod ante nobiliorum subscriptorum testium declaramus nos abere una pecia de rebus in loco baneo, et congruum est nobis illos donare iohanni et simeoni germani filii iohanni. Quapropter nos supradictorum petrus presbiter et iohannes, sicut nobis congruum est, vona etenim nostre voluntatis et per eadem cartula donamus vobis iohanni et simeoni integram ipsa pecia de rebus, ut diximus, sicut videtur esse infra ec finis et mensurie: de una parte fine petri socero tuoque iohanni, sicut badit et revolbit, et qualiter badit usque in via quod ad comunem abemus vobiscum, sunt passos nonaginta tribus: de alia parte fine ipsa via, qualiter badit usque in aqueducto, sunt passos decem: deinde descendentem per eodem aqueductos usque in ribus de cirasulum: de subtana parte fine ipso ribo de cirasulum, sunt passos quinquaginta et octo: de alia parte fine de erede mauri ascendentem usque in fine supradicti petri socero tuoque iohanni, unde finem inchoabimus. Infra omnes iamdicte finis et mensurie totam et integram ipsa pecia de rebus vobis prenominatí iohanni et simeoni donabimus una cum inferius superiusque, cum via et andita sua, cum aquis et cum omnibusque suis pertinentiis, ad semper abendum et possidendum vos quam et vestris credibus, et faciendum exinde omnia quod volueritis, sine contradictionem nostram et de nostris eredibus aliqua requisitionem, et licentiam et potestatem abeatis omni tempore vos et vestris eredibus et omini vestri et omini, qui ad ipsa pecia de rebus vadunt, ire et redire per ipsa via que benit da ipsa fontana, et vadit per rebus de erede mauri, quod nos comunem abemus cum eredes mauri, ita et vos exinde debeatis ire et redire cum vestris utilitatibus usque in via puplica que badit in abellino, cum vestris congruitatibus per nostram et de nostris eredibus defensionem: proinde fecimus vobis ec supradicta donatio, pro quo vos debetis nobis pastinare una pecia de nucillitum et castanietum trans ipso aqueducto, sicut brebem nostrum continet. Et pro anc nostram donationem confirmandum adque constabiliscendum, continuo recepimus ad vos iusta legem launegilt mantellum unum que inter nobis conbenit, finita est ipsa nostra donatio. Et unde

obligamus nos supradictorum petrus presbiter et iohannes, quam et nostris eredibus obligamus vobis prenominati iohanni et simeoni, quam et ad vestris eredibus obligamus nos. Quod si aliquando tempore eadem nostram donationem, uti prelegitur, retornare aut remobere quesierimus per quacumque inbenta rationem, volendum exinde vobis aliquit tollere, aut contrare, vel minuare, aut de vestra subtraere proprietatem et dominationem, aut si integram ipsa pecia de rebus infra supradicte finis et mensurie et ipsa via, ut diximus, nos et nostris eredibus, vobis et ad vestris eredibus non defensaberimus ab omnibus ominibus ab omnibusque partibus, et da ipse uxoribus vestre, et qui pro partibus eorum exinde causaberit, non defensaberimus secundum langnobardorum legem; ideo ante omnia questio et causatio nostra vacua et tacita sint, et quinquaginta solidi aurei constantini nos supradictorum petrus presbiter et iohannes, quam et nostris eredibus, vobis prenominati iohanni et simeoni, quam et ad vestris eredibus, componere obligamus et in antea per inbitis semper tacitis et contentis permaneamus, adque per inbitis semper tacitis et contentis permaneamus, adque per inbitis illos vobis defensemus, sicut supra vobis obligati sumus, per supradicta obligata pena. Quod te gualfus archisubdiaconus et notarius scribere rogabit in abellino, mense et indictione feliciter.

† EGO FALCO

† Ego ioannes.

DCCCLIII.

A. D. 1033.

† In nomine domini quadragesimo septimo anno principatus domni landolfi gloriosus princeps, et vicesimo tertio anno principatus domni paldolfi filii eius, mense iunius, prima indictione. Memoratorium factum a nobis iohannes et simeone, germani filii cuidam iohanni, eo quod intus cibitatem abellini ante nobiliorum subscriptorum testium clarefacimus, quia de isto mense bendidit nobis petrus presbiter filius genci una pecia de rebus in loco baneo per finis et mensurie, sicut una cartula nostra continet, et ipse predictus petrus presbiter una cum iohannes filius marandi donaberunt nobis una alia pecia de rebus de supradicto loco baneo, sicut una cartula nostra continet, quod inde per mensurie aput nos firmate retinemus, quod falcus archisubdiaconus et notarius scripsit. Modo quidem coniunximus nos in bonam conbenientiam cum ipsi prenominati petrus presbiter et iohan-

nes; et ideo vone sue volumtatis guadia nobis dederunt, et mediatores nobis posuerunt se ipsos oc tinore, ut, ubi nos prenominati vel nostris eredibus potuerimus abere hominem ad legem, qui de ambo ipse pecie de rebus infra predicte finis et mensurie nobis contraberit, sicut in omnibus ipse cartule nostre continunt, debeant ipsi et illorum eredibus nobis et ad nostris eredibus in omnibus illut nobis defensare ab omnibus ominibus ab omnibusque partibus, et da ipse uxoribus eorum et qui pro partibus eorum inde causaberit, illut vobis defensarem, sicut testum de ipse ambo cartule nostre continunt, de totam ipsam rebus per eadem guadia et se ipsi mediatores, et per conbenientia obligaverunt ipsi prenominati petrus presbiter et iohannes, et suis obligaverunt eredibus, nobis et ad nostris eredibus, et cui iste brebe in manu parueri, ad pingnerandum se ipsi et illorum eredibus licitum et inlicitum, de quantum inde vobis oportuum fuerit ad pignerandum, absque omni calumniis de omnia eorum causa per eadem guadia et se ipsi mediatores. Ego gualfus archisubdiaconus et notarius oc brebe scripsit et interfuit in abellino.

† EGO FALCO

† Ego ioannes.

DCCCLIV.

A. D. 1033.

† In nomine domini quadragesimo septimo anno principatus domni landolfi gloriosus princeps, et vicesimo tertio anno principatus domni paldolfi filii eius, mense iunius, prima indictione. Memoratorium factum a nobis iohanne et simeonem germani filii iohanni, eo quod ante nobiliorum subscriptorum testium venimus nos in vonam combenientiam cum petrus presbiter filius genci et cum iohannes filius cuidam marandi. . . . vona sua volumtatem ordinem combenientie iusta legem dederunt et tradiderunt nobis una pecia de rebus suas qui est veterale, cum arboribus fructiferi quod abunt in loco vaneo, ad pastinandum nucillitum, et castanei palumbuli ibidem ensetandum ipsa mela et nuci qui ibidem sunt, cultandum amodo et usque tredecim anni completi per ec finis: de una parte fine aqueducto qui est inter ec rebus et rebus nostra, quod ipsi nobis dederunt pro ipso quod nos eorum pastinaret debemus, sicut supradiximus, descendentem de ipso aqueducto usque in ribus de cirasulum; de alia parte fine ipso ribus de cirasulum : de alia parte fine sicut media sepe decernit : de alia parte fine via. Infra omnes iamdicte finis totam et integram ipsa

pecia de rebus nobis dederunt et tradiderunt, ut amodo et usque iamdictum constitutum conpletum nostre sit potestatis et de nostris eredibus illos tenere et dominare, et ipse nuci et mela cultare, et ipsi castanei ensetare palumbuli, et de quantum vacuum exinde est, debeamus pastinare nucillitum, ut a predictum constitutum completum abeamus ipsum castanietum ensetatum palumbuli et cultati et studiati voni, sicut voni palumbuli meruerit, et ipso vacuum abeamus pastinatum nucillitum vonum et prisum et cultatum, sicut vonum nucillitum meruerit, et ipse nuci et ipsa mela abeamus cultata vona, et amodo et usque iamdictum çonstitutum completum debeamus nos et nostris eredibus ipsi castanei et ipsa poma salbum facere iusta ordinem et colligere, et daret exinde eorum et ad illorum eredibus medietatem, reliqua medietatem nobis abeamus; et de quantum ibidem laboraberimus, damus exinde eorum terram quod de decem sortis una sortem a predicto constituto completum totam ipsa pecia de rebus aput ipsi et suis eredibus remittamus: tantum exinde exceptuabimus ipsa labandara, quod comune abere debemus nos et nostris eredibus cum ipsi et cum illorum eredibus, qui est ipsa labandara per mensuria ab agirum passi decem, proinde debemus ipsa pecia de rebus pastinare et cultare, sicut prediximus, pro quod dederunt nobis una pecia de rebus ibique coniunta, sicut una cartula nostra continet; verumtamen, si ipsi predicti petrus presbiter et iohannes ipsa iamdicta pecia de rebus per iamdicte finis aut illorum eredibus daturam abuerit, sic statuerunt, ut nullis ominibus illut dare debere preter nobis et ad nostris eredibus iusto a nos recipientes pretium, quod adpretiatus fuerit per doctos omines, facientes nos scire per tribus dies inter constitutum et constitutum dies duodecim, que fiunt triginta et sex; postmodum, si noluerimus aut non potuerimus illos emere, potestatem abeant ipsi et illorum eredibus dare cui voluerit, sine contradictionem nostra et de nostris eredibus, et amodo et usque iamdictum constitutum completum illut nobis non tollere, neque contrare, nec nullam sortiam nobis ibidem non faciant nec ipsi, nec illorum eredibus, nec omo pro illorum partibus, et iusta legem illos nobis da omnes omines defensare: de taliter nobis conplenda omnia in ipso ordinem, sicut superius legitur, vona eorum voluntatem guadia nobis dederunt et mediatores posuerunt se ipsi oc tinorem. Quod si ec omnia, sicut superius legitur, ipsi et illorum eredibus nobis et ad nostris eredibus non adinpleberit, aut si retornare aut remobere quesierit, biginti aurei solidi constantini nobis componere obligaberunt, et cuncta que prelegitur conplire nobis per inbitis per supradicta guadia, et se ipsi mediatores et pena obligata. Et Ego gualfus archisubdiaconus et notarius oc brebe scripsit et interfuit.

† EGO FALCO

† Ego ioannes.

DCCCLV.

A. D. 1033.

† In nomine domini sextodecimo anno principatus domni nostri Guaimarii gloriosi principis, filii quondam domni guaimarii principis, mense octuber, secunda indictione. Memoratorium factu a me petrus presbiter et primicerius ac filius quondam iohanni. Eo quod ante presentia domni Adelferii venerabilis clerici et abbatis ecclesie sancti maximi, qui est ille unum de dominii ipsius ecclesiae, et ibidem adessent ydoneis hominibus, per iusssionem et largietatem ipsius domni abbati una cum amatus advocator ipsius ecclesie tradidi bassalli filio iaquinti abitator de actu nuceria, ubi nobara dicitur, tres pecie de terris cum arbustis vitatis et pomis pertinentes ipsius ecclesie, quod ego in beneficium teneo a pars ipsius ecclesie et sunt in ipso vocabulum nobara; una ex ipse pecie per ec finis et mensuriis. A partibus orientis fine bia publica, sunt inde latitudo passi triginta quadtuor, et inde abiente et rebólbente per ipsa bia in pars septemtrionis sunt inde passi nonaginta quadtuor: da parte occidentis fine medio limite, sicut sepe discernit, sunt exinde passi decem et octo et medium: A pars meridie abet de longitudo passi nonaginta tres; secunda pecia per has fines et mensuras: de una parte sicut limite et sepe discernit, inde sunt passi quindecim et pedem unum: de alia parte fine maranci et de heredes petri et fine ecclesie sancte marie pertinentes de heredes maraldi, sicut limite et sepe discernit, inde sunt passi septuaginta: de alia parte fine predicte ecclesie sancte marie, sicut limite discernit, et inde sunt passos decem : de alia parte fine de eredes costantini, et inde sunt passi septuaginta octo; tertia pecia ibique a suptus: de una parte fine de heredes quondam unoalc, inde passi duodecim: de alia parte fine de eredes adelgari, sicut limite discernit, unde fuit bia antika, et inde passi triginta quadtuor: de alia parte fine ecclesia sancte marie, sicut limite discernit, et inde passi quindecim et medium: de alia parte fine que fuit benedicti clerici, quod tenet archiepiscopio salernitano, sicut termiti ficti sunt, indeque passi triginta quinque et pedem unum mensuratum ad iusto passum hominis; tali hordine, ut amodo et semper ad sua et de suis heredibus, quod sunt filiis suis, sint potestatis illut tenendum et dominandum, fobee et omnis sue hutilitatis ibi faciendum iusta ratione, et in casa ipsius hecclesie, qui est in ipsa priore pecia, qui est de unum applictum ipsa casa, abitaret ille sive filium suum, et organea ipsius ecclesie qui ibi sunt, semper illas ibi salba abere, et

quando hopus fuerit, ipsa casa conciare et coperire, sicut meruerit, et si ibi plus iuniere [1] voluerint in ipsa casa, potestatem aberet quantum voluerit, ubi sedeat ille vel filiis suis, et tote ipse tres pecie, unde meruerit, cludere et cluse ille aberent, et annualiter amodo et semper ille et filiis suis, natos nascentes, tote ipse tres pecie laborarent de super et de suptus, sicut locus ipse meruerit, hoc est, ararent et seminarent, quale semente ibi meruerit, et propaginaret ipsa arbusta, et vites at arbores ponere seu poma, ubi meruerit, et illut annualiter cultare et studiarent de super et de supter, ut amodo et usque decem annos perfecte sint ipse pecie arbustate, et vitate, et cultate, et hoperate, et da inde in antea semper sic illas similiter laborare et cultarent, ut semper in melius proficiant et non dispereant, et bone pareant laborate et cultate, curam et vigilationem inde aberent et salbum illut facerent iusta ratione. Et annualiter pro vindemie scire faciant me vel pars ipsius ecclesie, ut illuc dirigamus missum nostrum, et illis tota ipsa arbusta apto tempore vindemiare, et vinum ipsum ibidem ad palmentum procuraret et poma exinde suis temporibus colliierent; et de omnis vinum et poma quam inde exierit, tollat missus nostrum medietatem, et illis medietatem; et ipsa medietate nostra de ipso vinum illis reponad per annum in ipsa casa in ipsa organea nostra indeque, qui per illis sint per annum bona conciata et studiata, et faciat nobis salbum ipso vinum nostrum, donec illut inde tollamus absque degeneratione et ignem; et dum ipso vinum inde tulerimus, ipsa organea labare, ut non pereant; et dum ibi steterit per annum pro ipsa vindemia missum nostrum, illis eum notriret secundum suam possivilitatem, et equum de ipso missum nostrum similiter notriret, dum ibi steterit, sicut meruerit, et palmentatica nobis darent per annum unum parium de galline bone; et de quod per annum ibi seminaberit, terraticum inde daret ibique ad missum nostrum ibique ad aream secundum consuetudo ipsius locis, et totum ipso aliut victum sivi aberent, et stetit pars ipsius ecclesie ipsa traditione ipsius bassalli et suos filios, natos nascentes, defensandum cum bice de bia sua da omnes homines omnique partibus; et quale tempore illut tenere noluerit da ipsi decem anni in antea, tunc inclite ipse pecie cultate et hoperate de bonis arbustis vitatis, seu pomis, remittant ad potestatem nostra, vel de pars ipsius ecclesie, cum ipsa casa clusa coperta bona, sicut meruerit, et cum ipsa horganea salba, et ipse pecie cluse sint, unde meruerint, et ille et suis filiis licead inde exire cum sua causam et pergat, ubi voluerint. Unde per combenientia guadia mihi dedit ipse bassallus per absolutionem ipsius iaquinti genitori sui, et

---

[1]) *Adiungere.*

mediatores mihi posuit se ipsum et citro cognato suo, qui abitat in locum mitilianum, ut si taliter *etc. Statuta mulcta triginta auri solidorum Constantini.* Quod scripsi ego myrandus notarius.

† Ego dauferius notarius me subscripsi

† Ego iaquintus.

DCCCLVI.

A. D. 1033.

† In nomine domini sextodecimo anno principatus domni nostri guaimari glorioso princeps filii domni guaimari principis, mense octuber, secunda indictione. Ideoque nos nucerinus, et leo, et stefanus, uterini germani filii quondam stefani, clarefacimus nos, quoniam communiter abemus et possidemus terra, que est per circoitum fabrita in sulario levata una casa cum petrus uterino germanum nostrum intus castello de nucerie, qui est a super porta maiore de ipso predicto castello nobis pertinentem a iamdicto genitor noster, et congruum est nobis communiter nos ipsa iamdicta nostra sortionem de ipsa iamdicta casa fabrita in sulario levata illam venumdare supradicto petri germanum nostrum. Et ideo, sicut nobis nominati germani congruum est et abtum inde mihi exe, quoram ante presentia achini castaldi et iudici, et ibidem adexet miro iudex, et quoram ante subscriptorum testium, per anc quoque videlicet cartulam commune consensum venumdedimus adque ad semper abendum confirmavimus tivi nominato petri germanum nostrum tote et inclite ipse iamdicte nostre sortionibus de ipsa predicta casa, quod communiter tecum abemus et possidemus intus predicto castello qui est a super ipsa porta maiore, que est per as fines: de supter parte que est in pars orientis, fine casa de eredes leoni; et a pars meridie fines strectola: de super parte que est in pars occidentis, fine casa de eredes maioni iudici qui faroaldus vocatur; et a septemtrionis fine platea; ec vero ipsa casa frabita in sulario levata, subter et super, et cum omnia intro se abentibus omnibusque suis pertinentiis, cum bice de ipsa platea et de ipsa strectola, et cum sericidio in suo decurrente, et cum sortionis nostre de ipsa cisterna, tote et inclite ipse nostre sortionibus, quod nobis pertinet abere a iamdicto genitorem et genitricem nostre, inclitum illut tivi nominato germanum nostrum in integrum benumdedimus et confirmavimus, unde nullamque nobis, vel in quabis partibus de ipse predicte nostre sortionibus, reservavimus; set, sicut diximus, inclitum illut tivi venumdedimus, ad securiter

et firmiter amodo et semper tu tuique eredibus , et cui cartula ista in manum paruerit, illut abendum, dominandum, possidendum, omnia exinde faciendum quod volueritis, absque omni nostra et de nostris eredibus, aut cuiquam ominibus contrarietate vel requisitionem; et pro confirmandam et staviliscendam supradicta nostra bindictione, nunc a presentis in communiter recepimus a te supradictus petrus germanum nostrum pro ipse nostre sortionibus, i sunt auri tari voni per numerum biginti quadtuor in omnis deliverationem, sicut inter nobis comvenimus; finitoque vero ipsa nostra bindictionem. De qua nos supradicti germani nostre vone volumtatis commune consensum guadia tivi iamdicto petri germanum nostrum dedimus, et mediatores tivi posuimus nos ipsos supradicti germani; et per ipsa eadem guadia obligavimus nos et nostris eredibus amodo et semper antistandum et defensandum tivi tuique eredibus inclita ipsa supradicta nostra bindictione de ipsa iamdicta casa da omnes omines omnique partibus, cui per nos illut vel exinde datum, aut obligatum , seu manifestatum, vel tihingatnm exe paruerit, vel qui pro nostra parte et datum tivi tuique eredibus inde emiserit , aut preposuerit quodcumque causationes. De alii vero hominibus et partibus , quando volueritis per vos ipsis inde exet auctores et defensores, potestatem et licentiam abeatis tu et tuis eredibus cum ista cartula et cum quo monimen et rationem, que inde abere potueritis, omnibus modis exinde causares et finem facere, qualiter bolueritis , et ipsa casa que est nostre sortionibus, illut vobis defensetis, sicut bultis. Quod si taliter omnia suprascripta illut vobis vestrisque eredibus non adimpleverimus et aliquit exinde remobere, aut contrare, seu retornare heos quesierimus, quomodocumque per qualecumque rationem, aut per quabis rationibus, tunc per ipsa eadem guadia per vona comvenientia componere obligavimus nos qui supra germani nucerinus, et leo, et stefanus, et nostris eredibus, ad componendum tivi iamdicto petri germanum nostrum, vel ad tuis eredibus, seu cui cartula ista vice vestra in manum paruerit, triginta auri solidos constantinos , et omnia suprascripta illut vobis adimpleamus per supradicta guadia et obligata penam , et questio et causatio nostra et de nostris eredibus sint exinde tacita et bacua. Et taliter scribere rogavimus te petrus clericus et notarius, actum uius nucerie.

† Ego qui supra ahinus

† Ego qui supra miro iudex.

DCCCLVII.

A. D. 1033.

† In nomine domini sextodecimo anno principatus domni nostri Guaimarii gloriosi principis, filii quondam domni guaimarii principis, mense octuber, secunda indictione. Memoratorium factum a me iaquintus presbiter et primicerius ecclesie sancti maximi, una mecum esset amatus advocator ipsius ecclesie, ante presentia domni Alferii venerabili clerici et abbati et unum de dominii ipsius ecclesie, et ibidem adesset idoneis hominibus, per iussionem et absolutionem ipsius domni abbati tradidi bassalli et iohanni germani filii iaquinti, abitantes de locum nuceria, ubi nobara dicitur, ad faciendum molinum in aqua illa qui dicitur da la forma, pertinentem ipsius ecclesie qui decurrit erga curte, cum arbustis ipsius ecclesie qui est in vocabulum aiella, quod hante os annos ipse iaquintus genitor illorum per brebem cum germani sui conprehensum abunt ad laborandum a parte ipsius ecclesie, tali hordine, ut licead illis et suis eredibus fodere arcaturia iusta ratione per ipsa curte ipsius ecclesie, quam etiam et sedium de ipsum molinum in ipsa curte fodere, et reditum de ipsum molinum ibi edificare, et cludere, et coperire, et omni hordine et regimen que necessad ipsum molinum, ibi adducere et preparare, quantum et qualiter necessad ad bonum molinum, et ab ipsum albeum de ipsa aqua illis liceat fodere et clusamen et antepositiones et palata facere, sicut illorum melius aptum paruerit, iusta ratione; et amodo et usque ista natibitas domini prius ventura ipsum molinum edificatum, et factum, et preparatum aberent, cum omni hordine et regimen suum, qualiter perfecte macinare possat. Et da inde in antea a quo factum fuerit ibidem in psa curte ipsum molinum, sibe ante ipso constitutum, sibe in ipso constitutum, tunc illis et suis eredibus una cum pars ipsius ecclesie molinatorem semper ibi ordinatum abeant, qui regat ipsum molinum, et faciat illum macinare die noctuque, sicut melius potuerit; et quantum prodem et molituram tollere potuerint de ipsum molinum, semper ibique per medietatem inter se illut dividere: pars ipsius ecclesie tolleret illut medietatem, et illis et suis heredibus medietatem, faciendum per partes quod voluerint, ita ut modo dent illorum ipse domnus abbas tres auri tari boni pro adiutorium ad ipsum molinum; et ab ipso predicto constitutum in antea quod factum et preparatum, ut diximus, abuerit ipsum molinum cum mole bone et ferraturia et.... hordine et regimen suum, qualiter perfecte macinare debeat. Iam denique, quando ibi necessat.... ferraturia et quacumque regimen communiter pars ipsius ecclesie cum illis eos ibi daret; et si inundatio plubie fuerit, et maxima labe, qui disrum-

pat et obruat ipsum molinum, et arcaturia, et clusura sua, tunc pars ipsius ecclesie cum illis de communiter illut conciaret, et stetit ipse domnus abbas cuique successoribus defensandum illorum inclita ipsa tradictionem cum vice de bia sua amodo et usque ipso constitutum, etiam et omni tempore ab omnibus hominibus omnique partibus, et omnia per supradicto hordine illorum adimplendum; et quale tempore da ipso censtitutum in antea illut tenere noluerit in predictum hordinem, tunc inclitum ipsum molinum cum omni hordine et regimen suum, qualiter perfecte macinare debeat, et cum redito suo clusum coopertum, remittat illut in pars ipsius ecclesie, et liceat illis cum omnia sua mobilia, quod ibi abuerit, periere [1]), ubi voluerit. Unde in eo ordine per combenientiam guadia mihi dederunt ipsi germani bassallu et iohannes, et mediatorem mihi posuerunt citro abitator de locum mitilianum, qui dicitur de sikanda, et est cognato illorum, ut si taliter omnia suprascripta per supradicto ordine illis et suis heredibus in pars ipsius ecclesie non adimpleberint et aliquit inde contradixerint, per ipsa guadia componere obligaberunt se ipsi germani et suis heredibus per absolutione ipsius genitori suo, et ibique illum astantem, ipsius iohanni abbati suique successoribus, vel in pars ipsius ecclesie biginti auri solidi constantini. Verumtamen hoc memoramus, quia, quando ipsa curte, ubi debunt facere ipsum molinum, ipsi germani comprehensit at laborandum a pars ipsius ecclesie ipse iaquintus genitor illorum cum fratribus suis reserbabit sivi pars ipsius ecclesie potestatem et licentiam de ipsum molinum ibi faciendum, et illut qui supra inter virgulos scriptum est dicit, sibe in ipso constitutum et in alie loco dicit inter virgulos abbas. Quod scripsi ego myrandus notarius.

† Ego alferius superius nominatus abbas

† Ego dauferius notarius me subscripsi

† Ego Iaquintus notarius me subscripsi.

DCCCLVIII.

A. D. 1033.

† In nomine domini sextodecimo anno principatus domni nostri guaimarii glorioso principe, filii quondam domni guaimarii principis, mense nobember, secunda indictione.

---

[1]) pergere.

Memoratorium factum a me miro quondam iudex, filius quondam miri diaconi de locum nucerie, eo quod ante subscripti testes per vona combenientia tradidit ego mari filius quondam martini una pecia de terra mea de locum floccanum, qui est terra ipsa cum arbustis vitatis et pomiferis per hec finis: a pars septemtrionis fine via puplica: a pars orientis fine grimoaldi : a pars meridie fine lamberti, et exientem in fine de heredes iaquinti da copercle iterum revolventem in pars occidentis per eadem finem ipsius iaquinti usque ad ipsa via priore fine; hec vero clausum, qualiter superius finis posite sunt ipsa precurrit, cum omnia intro se abentibus et cum vice de via sua, inclitum illut ego ipsius mari tradidit talim ordine, ut amodo et usque septem anni completi a sua et de suis heredibus sint potestatem illut eos tenendum et dominandum, et fobee et omnis sue utilitatis iusta ratione ibidem faciant, et in ipsa casa que est intus ipsa rebus, ibidem mittere omine ad residendum et gubernandum ipsa iamdicta rebus, et ubi meruerit, arvores et vites illis ibidem plantarent, propaginarent, cultarent de super et de subter, sicut locus ipse meruerit, quatenus proficiant et non dispereant, et quantum vino et poma amodo usque ipso constitutum inde exierit, illis et suis heredibus tollant exinde medietatem, et nos et nostris heredibus tollamus inde alia medietate. Et per tempore de vindemie faciant illis nobis vel nostris heredibus, ut pergamus aut dirigamus ibidem missum nostrum pro vigilandum et recipiendum ipsa nostra sortione de ipso vino, et illis vel illorum eredes abto tempore illut vindemiare ad palmentum et poma suo tempore colligere, et sic illut per medietatem inter nos dividamus, sicut superius diximus, illis medietatem et nos medietatem, et ipsa nostra sortione illut nos portemus, qualiter nobis placuerit, missum nostrum qui ibidem steterit illis nobis nutrire secundum suam possivilitate, et deant exinde nobis palmentatico iusta ratione; de quod ibidem seminaberint, deant inde nobis terraticum secundum consuetudine loci illius. Ad completi vero ipsi septem anni inclitum illut ipsa rebus per supradicte finis operatum, et cultatum, et clusum, et ipsa casa clusa et cooperta remittere ad nostra et de nostris heredibus potestatem. Et si illis diebus causa sua mobilia ibidem abuerint, licead illis inde excotere et portare ubi voluerint, asque omnis nostra contrarietate. Unde in eodem ordine per vona combenientia guadia michi ipse mari dedit et mediatorem mihi posuit radoaldus filius quondam ciceri de ipsum locum floccanum; et per ipsa guadia obligavit se et suis heredibus, ut si taliter *etc. Statuta mulcta decem auri solidorum Constantini.* et unc brebem scripsi ego iohannes notarius qui interfuit

† Ego petrus clericus et notarius me subscripsi

† Ego dauferi.

DCCCLIX.

A. D. 1033.

† In nomine domini sextodecimo anno principatus domni nostri guaimarii gloriosi principis filii quondam domni guaimarii, mense nobember, secunda indictione. Memoratorium factum a me laurenti abbas monasterio sancti archangeli qui constructum est in monte de cilentum, eo quod ante subscripti idoneis ominibus coniuntus sum cum..... et guaimarius germani filii guaiferi, et cum maraldus, et maio, et landolfu, et madelmo, et lando, germani filii quondam adelmundi, et iohannes et poto, germani filii quondam maioni comitibus...... propter quod ipsi omnes suprascripti comitibus tenunt comitate, per nominatibis locis camella, et ancilla-dei, et palearea lucanie .... parte supradicti domni eximii principis, unde modo ipsi omnes suprascripti comitibus per iussione suprascripte gloriose potestatis tradiderunt ad potestate mea et in pars ipsius monasterii una pecia de terra que est inter batolla et ipsa camella, et est per as fines et mensuras : a parte septemtrionis per ballone qui est in parte de ipsa batolla, sunt inde passi centum quinquaginta: a parte meridie fine alio ballone qui est de ipsa camella, inde sunt passi duocenti nonaginta, et per trabersum quasi in pars orientis passi centum quinquaginta, quomodo termiti ficti sunt, totum mensuratum ad iusto passum ominis. Ec itaque pecia de terra per iamdictas fines et mensuras per combenientia mihi tradiderunt tali ordine, ut amodo et semper ego et successores meos et partibus ipsius monasteri potestatem abeamus de ambo ipsi balloni aqua lebare et in ipsa pecia de terra molina edificare, qualiter boluerimus, et illut abendum, dominandum, possidendum et omnia exinde faciendum nos vel pars ipsius monasteri, qualiter nobis placuerit, asque omni illorum contrarietate vel requisitione, sicut nostrum preceptum continet, quod exinde firmatum abemus a pars supradicti domni principis. Et per bona combenientia obligaberunt se i omnes suprascripti comitibus et suis eredibus amodo, et dum illis ipso comitatum in ipsis partibus tenuerit, defensare mihi meique successores, vel in partibus ipsius monasterii, inclita suprascripta illorum tradictio per iamdicte finis et mensurie, cum bice de bie sua, da se ipsis comitibus et da redibus illorum et da omnes omines, qui in ipso comitatum illorum abitantes sunt, sceptuatum da pars suprascripti gloriosi principis. Et si taliter omnia suprascripta mihi et ad successores meos, vel in pars ipsius monasterii, non adimpleberit et aliquit de omnia suprascripta remobere aut contrare quesierit, per bona combenientia componere obligaberunt

se et suis eredibus mihi, vel in pars ipsius monasterii, duocenti auri solidi constantini: tantum stetit inter nos, ut oc annum ominibus qui ipse terris laboraberit, liceat illis inde exscutere ipsi labori sui, et ipse terris bacue perbeniat ad potestate de pars ipsius ecclesie, de quibus dua scriptora inde scribere fecimus, istum que emisimus ad pars ipsius ecclesie, et alium que inde nos retinemus, quod scripsi ego alderissi notarius.

† Ego maraldus

† Ego qui supra ioannes comes.

DCCCLX.

A. D. 1033.

† In nomine domini sextodecimo anno principatus domni nostri guaimari glorioso principe, filii quondam domni guaimari principis, mense nobember, tertia [1]) Indictione. Memoratorium factum a me martinus qui fuit de capua, filius petri, eo quod ante iohannes castaldus et subscripti testes per iussionem suprascripti domni principis, quam et pro pars sacri palatii per demandatione mascini vestararium suprascripti domni principis tradidit mihi rossemannus minister suprascripti domni principis una pecia de terra cum aliquantum pastinu, quod ego pastenabit cum idisfrancu, quod sacri palatii abet in locum tusciano illa parte flubio tusciano per finis et mensuras : a pars orientis fine bia publica, inde sunt passi sexaginta: a parte meridie fine media sepe, inde sunt passi septuaginta octo: a pars occidentis fine sacri palatii, inde sunt passi quinquaginta quadtuor ; totum mensuratum ad iusto passum omini inclitum illut, ut diximus, cum vice de bia sua illut mihi tradidit in tali ordine, ut amodo et semper, natos nascentes, ad mea et de meis eredibus sint potestatem illut tenendum, dominandum et fobee et omnis nostre utilitatis iusta ratione ibidem faciamus, et ibidem resideamus et abitemus, et totum illut pastenemus vinea de vono vitineo et pomis, ut ad completi decem anni abeamus totum illut surtum, et operatum, et cultatum, et clusum, sicut in ipso locum meruerit; et per annum apto tempore tota ipsa vinea de super et de subter lavoremus, et cultemus, et propaginemus, et sic per annum totum illut lavoremus, ut per omnis annum vonum lavoratum pareat,

[1]) Lege: *secunda*.

ut in melius proficiant et non dispereant, et salbum et clusum illut abeamus; et per annum de vindemie amodo et semper faciamus scire missum palatii, ut ibi beniant, et nos totum illut vindemiemus, et omnis vinum ividem ad palmentum dividamus: pars palatii tollant inde quartam partem, et nos tollamus inde tres sortis, et nos illut portemus ad cellarium domnicum de ipso locum, et salbum illut mittamus in organea palatii per nos conciatum, et demus ad ipsum missum palmentaticum, et ipsum missum nutriemus, dum ibidem steterit, secundum nostram possibilitatem; de qua per vona combenientia guadia mihi ipsum ministrum dedit, et mediatorem mihi posuit petrus filius iobini presbiteri; et per ipsa guadia *etc. Statuta mulcta viginti solidorum auri constantinianorum.* Quod scripsi ego iohannes notarius.

† Ego qui supra rossemannu minister

† Ego adelgisi presbiter minister.

DCCCLXI.

A. D. 1033.

† In nomine domini sextodecimo anno principatus domni nostri waimarii gloriosì principis, filii quondam domni guaimari principis, mense december, secunda indictione. memoratorium factum a nobis ioannes granianense filio quondam mastali, et ioannes calbenzu filio quondam stefani, qui sumus avitatori de locum angre, clarefacimus, quoniam ante os annos per brebi compreensum abuimus de rebus pertinentem ecclesie sancti maximi in ipso locum angre, ubi casaamavile dicitur, sicut ipsi brebri continet, qui unum de ipsi brevi scriptum est per mirandus notarius, et ibidem scriptum maio presbiter et abbas, et landolfus, et ursus presbiter et cardinalis, et alderisi notarius, et ipso alio brebe scriptum est per iaquintus notarius et ipsum maio presbiter et abbas, et ibidem scripti ademari notarius et alderisi notarius. Et illut que ipsi brevi continet, minime illut adimplere potuimus et compositionem inde facere debemus, sicud per ipsi brebri inde obligati sumus domni adelferi clerico et abbati ipsius ecclesie, qui est unum de dominium ipsius ecclesie; set pro amore omnipotenti deo per subsceptum launegilt donabit nobis ipse domnus abbas ipsa compositione quam ipsi brebi continunt, et nos remisimus anbo ipsi brebi ad potestatem ipsius domni abbati, ad faciendum exinde omnia quod voluerit. Et modo ipse domnus abbas per combenientiam tradidit nobis iamdictis iohanni, et iohanni, et maranci filio quondam maranci ragimperghe, qui sumus toti abitatori de ipso locum an-

gre , tamen una cum ipse domnus abbas adesset amatus adbocatorem ipsius ecclesie, ante subscripti ydoneis ominibus tota et inclita ipsa rebus, quantum anbo ipsi vrebi continunt, que est per as fines et mensuras : a parte orientis fine rebus ipsius ecclesie unde via fuit, inde sunt passi centum nonaginta quadtuor usque via que modo se andad, et per ipsa via abiente in parte meridie usque alia via pubblica, sunt inde passi quadraginta quinque: a parte meridie fine ipsa bia pulbica, que dicitur staviana, sunt inde passi centum quadtuordecim : a parte occidentis recti mensurati passi septuaginta unum , et avinde revolbente in ipsa parte occidentis rectum et exiente usque in fine de eredes domni radelghisi , sunt inde passi nonaginta quadtuor , et ab inde revolbente in pars septemtrionis contra ipsa padule et inde sunt passi octoaginta quadtuor : a parte septemtrionis fine ipsa padule que est pertinentem ipsius ecclesie , inde sunt passi centum septuaginta quadtuor, totum mensuratum ad iuxto passum omini. Hec vero rebus, que est terra cum arbustum , per supradicte finis et mensurie inclitum illut ipse domnus abbas una cum ipso adbocatorem nobis iamdictis iohanni , et iohanni , et maranci tradidit in tali ordine , ud amodo et semper , natos nascentem , ad nostram et de nostris eredibus esset potestatis illut tenendum et dominandum , et fobee et omnes nostre utilitatis iuxta rationem ibidem faciamus , et ego iamdictus ioannes calbenzu et meos eredes omni tempore ibidem resideamus et avitemus ; et per omnes annum amodo et semper nos toti suprascripti et nostris eredibus tota et inclita suprascripta rebus per suprascripte finis et mensurie apto tempore illut lavoremus de super et de subter, sicud locus ipse meruerit, et ubi meruerit, arboribus et viti de bono vitineo ibidem pastenemus, et omni tempore a parte de ipse bie illut bonum cludamus , et clusum vonum abeamus , sicut meruerit , et per omnes annum totum et inclitum omni tempore perfectum paread laboratum , et cultatum, et surtum, et salbum , ud amodo et semper totum vonum proficiant et non dispereant : tantum infra supradicte finis et mensurie in ipsa parte occidentis in ipsa fine ipsius domni radelghisi et in ipsa parte septemtrionis, ubi est ipsa padule, si ibi plantaverimus, tertiam et quarta bice arboribus et vites et abemus exinde maxima certamen, et non ibidem prendet ipsi arboribus et ipse bites pro ipsa padule, unde ausi fuerimus secundum legem iurare ad pars ipsius ecclesie, non siamus inde culpaviles, et amodo et semper per tempum de bindemie per omnes annum faciamus scire pars ipsius ecclesie, ud ibidem dirigad missum suum, et nos totum ipso arbustum per suprascripte finis et mensurie adsingnemus ad pars ipsius ecclesie perfectum laboratum, et salbum per omnes annum et rationaviliter apto tempore illut vindemiemus, et ad palmentum illut ibique procuremus, et omnis vinum quam inde exierit , per medietatem illut dividamus cum ipso missum de

pars ipsius ecclesie ; ipso missum tollad illud medietatem , et nos medietatem , et deant ibidem nobis pars ipsius ecclesie organea da binum , et nos organea ipsa conciemus et studiemus bona, sicud meruerit, et faciamus in ipsa rebus casa vel reditum bonum , ubi ipsa organea de pars ipsius ecclesie ponamus , et ipsa sortione de ipso vinum de pars ipsius ecclesie ibidem mictamus et salbum illut faciamus , donec illut inde tollere fecerit pars ipsius ecclesie, absque degeneratione et igne; et de quod per annum ibidem seminaberimus, per tempum illut recolligamus, et ad ayre illut adunemus et precuremus ibique, et similiter faciamus scire pars ipsius ecclesie , ud ibidem dirigad missum suum , et demus inde ad ipso missum terraticum secundum consuetudinem de ipso locum; et dum ipso missum ibidem steterit pro ipse bindemie et pro ipso terratico, nos autem illut nutriemus ille et equum suum secundum nostram poxivilitatem, et palmentateca et ayratica ad ipso missum demus per omnes annum, sicud iuxtum fuerit et ipso locum est consuetudo; et quale tempore illut tenere et lobarare noluerimus, aut non potuerimus in predicta ratione, inclitum illut laboratum perfectum, et cultatum, et surtum, et clusum per ipse vie et ipsa organea et ipso reditum, ubi ipsa organea fuerit, totum et inclitum illut remictamus ad potestatem ipsius ecclesie salbum, et licead nos et nostris eredibus inde exire et excutere de causa nostra movilia. Unde in eo ordine per convenientia guadia novis ipse domnus abbas dedi, una cum eum adesset ipse advocatore, et mediatore nobis posui leo clericus filius quondam stefani ; et per ipsa guadia *etc. Statuta mulcta triginta auri solidorum Constantini.* verumtamen oc memoramus , ut si voluerit pars ipsius ecclesie ipsa sua sortione de ipso vinum reponere in alia rebus pertinente ipsius ecclesie in ipso locum ubi cancellata dicitur, nos autem illut ibi portemus per omnes annum , quando boluerit pars ipsius ecclesie, ad omni nostrum expendium et mictamus illut in organea, que ad nos in ipso locum cancellata adsingnare fecerit pars iamdicte ecclesie , et nos organea ipsa conciemus per omnes annum et studiemus vona, sicud meruerit ; et si da completa ipsa mensuria in foras in parte septemtrionis in ipsa padule pertinentem ipsius ecclesie nos autem et nostris seminare seu ortora ibidem facere potuerimus, similiter demus inde in pars predicte ecclesie per omnes annum terraticum secundum consuetudinem de ipso locum per supradicta guadia et obligata pena, quod scripsi ego alderissi notarius.

† Ego alferus superius nominatus abbas

† Ego romoaldus me subscripsi

† Ego qui supra amatus

† Ego urso presbiter et cardinalis

† Ego ademari me subscripsi.

DCCCLXII

A. D. 1033.

† In nomine domini sextodecimo anno principatus domni nostri Waimari gloriosi principis fili quondam domni Waimari principis, mense december, secunda indictione. Memoratorium factum a me adelferi clericus et abbas hecclesie sancti maximi, qui sum unum de dominium ipsius hecclesie, eo quod ante subscripti idoneis hominibus, una mecum esset amatus adbocatorem ipsius ecclesie, per comvenientia tradidimus ioanni filio ammori, qui dicitur viscidu, per absolutione ipsius genitori suo, et ibi astantem et abalsami filius quondam teoderici, qui sunt avitatori de locum nucerie, una pecia de terra cum quertietum pertinentem ipsius hecclesie in ipso locum nucerie, ubi ad cancellata dicitur, qui est per as finis et mensurie: a parte septemtrionis fine rebus predicte hecclesie, inde sunt passi viginti duo et gubito unu: ha parte orientis similiter fine ipsius hecclesie, inde sunt passi centum septuaginta: a parte meridie fine bia que pergit ad stabi, inde sunt passi viginti duo et medium: ab occidente similiter fine rebus pertinentem ipsius ecclesie, inde sunt passi centum septuaginta ses, et avinde revolbente in parte orientis per fine ipsius hecclesie inde sunt passi viginti sex; et iterum rebolbente in parte septemtrionis per fine iamdicte hecclesie et coniungente in ipsa priore fine inde sunt passi undecim, totum mensuratum ad iuxto passum homini; hec vero supradicta pecia de terra cum ipso quertietum per supradicte finis et mensurie inclitum illut ipsorum iohanni et balsami tradidimus in tali ordine, ut amodo et usque quadtuordecim anni completi ad illorum et de eorum heredibus sint potestatis illut tenendum, et fovee et omnes illorum utilitatis iuxta rationem ibidem faciendum, et per omnes annum amodo et usque ipso constitutum abtis temporibus illut studiare et seminare, sicud meruerit ipsi labori, et per omnes annum per tempum de aire amodo et usque ipso constitutum faciant illis scire pars predicte ecclesie, ut ibidem dirigad missum suum, et illis toti ipsi labori tritulare et procurare bonum, sicut meruerit ipso bictum, et deant inde ad ipso missum terraticum per omnes annum secundum consuetudinem de ipso locum; et dum ibidem steterit ipso missum, illis autem illum nutrirent secundum illorum poxibilitatem, et ayrateca ei darent, sicud iustum fuerit, et ipse quertie que ibidem sunt, salbe ille faciant, et curam et vigilationem inde abeant, et per tempum, quando fuerit, clandes illis autem eam colligere et salbe ille faciatis; et per omnes annum per tempum, quando meruerit, amodo et usque ipso consti-

tutum similiter faciatis scire pars predicte ecclesie, ut ibidem dirigad missum suum , et omnes clandes quam inde exierit , dividati illut cum ipso missum per medietatem : ipso missum detis inde inclita medietate, et vobis remanead ipsa alia medietate : similiter et ipso missum nutrietis, sicud meruerit, et omines ad laborandum et ad colligendum ipse clande ibidem mictatis usque ipso constitutum; ad completi vero ipsi quadtuordecim anni, ut amodo se compleant, illis autem et suis eredibus remictant ad potestatem de pars predicte ecclesie tota et inclita ipsa pecia de terra per supradictas fines et mensuras, et ipso quertietum salbum, faciendum exinde pars predicte ecclesie omnia quod voluerit: tantum ipsi omines qui modo abunt ipsa pecia de terra seminata, licentiam abeant illis inde excutere toti ipsi labori oc annum absque omni contrarietate ipsorum iohanni et balsami et de illorum eredes. unde in eo ordine per combenientia guadia nobis ipsi iohannes et balsamo dederunt, tamen ipse iohannes per absolutionem ipsius genitori suo et ibi astante, et mediatorem nobis posuerunt se ipsis per apposita omnes illorum causam , ad pingnerandum legitimo et inlegitimo ; et per ipsa guadia *etc. Statuta mulcta viginti solidorum aureorum Constantini.* quod scripsi ego alderissi notarius.

† Ego iaquintus

† Ego iaquintus notarius me subscripsi.

DCCCLXIII.

A. D. 1034.

† σηγνος χηρος λεα μοναχη θυγατερα του λιανδρου.

† σηγνος χειρος νηκολαου ἀνηψιου αυτης. απο του χασανου. πορταριτης. τοῦ εν μαχαρια τη μνημη. Ἐν ονοματι τοῦ πατρος καὶ του υιοῦ· καὶ τοῦ ἁγίου πνευματος· οἱμοις οι προγεγραμμενοι τους τιμιους καὶ ζοποιους σταυρους. ο τε λεα μοναχη θυγατερα του επονομαζομενου λιανδρου. καὶ νιχολαος ἀνιψιος αυτης. απο του χασανου. του επονομαζομενου πορταριτου. οιδιον χειρον ποιησαντες. εποιδι καὶ οἱ πνευματιχη νομοι αχολουθοντας στασιν αταραχον. καὶ ανεπερεα-

† Signum manus Helenae monialis filiae Leandri.

† Signum manus Nicolai eius consobrini Casanensis filii Portaritae beatae memoriae. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Nos suprascripti Helena monialis filia praenominati Leandri et Nicolaus eius consobrinus Casanensis filius cognominati Portaritae, propriis manibus signa sanctae et vivificae crucis exaravimus. Quoniam spiritualibus le-

στον διαφυλαγτειν οφιλομεν καὶ πασιν τα αυτης συντηρησιν ω σηνκρατουσαν. καὶ περιεπουσαν τα ημετερα· καὶ πολλη επισπωμενη την ἀπο του Θεΐου ροπην τε καὶ ευμενηαν ἡς ἡμας. ἐπηδηπερ καὶ ειμῆς οἱ προρηθεντες ο τε λια μοναχη καὶ νικολαος ανηψιος αυτης. φενωμεθα αφιερουννοντα τα χωραφια τα απερ καὶ ἔχομεν απανου του αππιου του επονομαζομενου λιανδρου. ἐν το πανσεπτο ναο τοῦ ἁγιου μεγαλομαρτυρος Θεοδορου. καὶ του ευλαυεστατου ἡγουμενου Θεοδορου μονης του ζοσημου. αφιεροννομεν αυτη. οσα ησιν ἡδιας μάς υουλη ειδια προερεσει. εικια γνομοι. ουχ εκ τινος το παραπαν αναγκη. εἰ τε δολου ει φακτου αγνεια ραδιουργια. ουτε δια χρεος· ουτε δια τιποτε αναγκη. αλλ υπερ λυτρου καὶ ἀφεσεος αμαρτιον τὸν γονεον μᾶς. καὶ υπερ τους προλεχθεντας υιους. καὶ υπερ τας ημετερας ψυχας. ἡσιν. δε τα σινορα τον αυτον Χοραφιον. ος καταυεννη ἡ πριονια. καὶ ἀπανδιδι ὁπου σμηγη εἰ στρατα της φιкαρομας κατα ανατολας. καὶ ὁς καταυεννη κατα ἀκτρου εις του ρουακει. σηνορη της τοῦ μαλια. κατα μεσυμυρια δὲ. καταυεννη ξηρορουακη καὶ αποδιδι εἰς το ξηροποταμο. του εχειν αυτα εξουσιαν πολην χαριζη. ος λαυοντος το κυροϛ καὶ την δεσποτειαν παρ εμᾶς. εαν δε ποτε καὶρο φανομεν εἰμεῖς ει τε ειδιος μᾶς ει τε υιος μᾶς. καταζειτοτα υπερ τα τιαυτα χοραφια. καὶ ενοχλουντα τον ευλαυεστατον Θεοδορον. υνα παρεχουσιν εις το διμοσιον ἐν λογο προστιμου νομισματα λ' καὶ εἰθ ουτο εινα κληρονομησουν το ἀναθεμα καὶ το καταθεμα καὶ το μερος το λεγοντων αρον αρον σταύροσον. καὶ ειθ ουτος στεργειν καὶ εμμενη την παρουσαν αφειεροσιν. εν παρου-

gibus obtemperantes ecclesiae statum ab omni molestia et vexatione immunem praestare debemus, et omnia, quae ad eam pertinent, conservare, quod ipsa nostras res foveat atque complectatur, et multam Dei misericordiam atque clementiam nobis conciliet: et quoniam nos supradicti Helena monialis filia Leandri et Nicolaus eius consobrinus declaramus offerre territoria, quae habemus supra Appium, venerabili ecclesiae sancti magni martyris Theodori, et Theodoro piissimo hegumeno monasterii de Zosimo; offerimus ipsa de propria nostra sententia et consilio et libera voluntate, nulla omnino necessitate compulsi, neque dolo, nec facti ignorantia, aut mala fide, neque propter debitum, nulla demum necessitate coacti, sed pro redemptione et remissione peccatorum nostrorum parentum, et pro supradictis eorum filiis, et pro animabus nostris. Fines autem eorumdem territoriorum sunt: ut descendit Serra et pervenit, ubi iungitur via Ficaromae ad orientem, et ut descendit ad septentrionem usque ad rivulum, ubi sunt fines Maliae; ad meridiem vero descendit parvus torrens et pervenit ad magnum torrentem. Ut facultatem habeat praedicta territoria vendendi, donandi, utpote qui dominium et potestatem a nobis accepit. Si vero aliquando contigerit, ut sive nos ipsi, sive filii nostri litem intendere de huiusmodi territoriis, et molestiam afferre praesumpserimus piissimo Theodoro, solvere debeamus poenae

σια τον παρευρεθεντον μαρτυπων † ιωαννης τῆς χουρζαλεας μαρτυρ υπεσιμανα † ιωαννης υιος του χανδιδου του ξενου μαρτυρ υπεσιμανα † νηχηφορος του ταυρολεο μαρτυρ υπεσιμανα † ιωαννης του σινεσι απο το ροσκινου μαρτυρ υπεσιμανα † υειντaλιος μοναχος του υονομιναι μαρτυρ υπεσιμανα. γραφεν δια χειρος θεοδορου ιερεος. μονης του ζοσιμου. ετους ,ϛφμβʹ. ινδιχτιωνος: βʹ. † χονσταντινος πρεσυυτερος του σχανδαλου μαρτυρ υπεσημανα † χονσταντινος ηος ιωανελυ της χουρζαλιας μαρτυρ υπεσημανα.

nomine publico Fisco solidos triginta, et nihilominus pro hereditate habeamus execrationem et maledictionem, et partem cum illis qui dixerunt: Tolle tolle, crucifige; verumtamen rata deinceps et firma remaneat praesens oblatio facta coram testibus qui interfuerunt. † Ioannes de Curzalea testis subsignavi. † Ioannes filius Candidi hospitis testis subsignavi. † Nicephorus de Tauroleo testis subsignavi. † Ioannes filius Sinesii Roscinensis testis subsignavi. † Vitalis monachus de Bonohomine testis subsignavi. Scriptum manu Theodori sacerdotis monasterii de Zosimo, anno 6542, indictione II. † Constantinus presbyter filius Scandali testis subsignavi. † Constantinus filius Ioannis de Curzalea testis subsignavi.

DCCCLXIV.

A. D. 1034.

† In nomine domini sextodecimo anno principatus domni nostri Guaimari Glorioso principe filii quondam domni Guaimari qui fuit princeps, mense februarius, secunda indictione. Memoratorium factum a me maraldo filio quondam domni dauferi, qui sum residentem in loco batolla clarefacio me havere rebus in loco eidem batolla, et congruum mihi est comutare inde una pecia de terra ad alfano filio quondam domni stefani, et de sicut inter me et ipsum alfanus combenit, ante ydoneis subscripti hominibus per hanc cartulam tradidit que mihi ipsum predicto alfano per commutationis hordine una pecia de terra, que est coniunctum cum rebus sancti archangeli, ubi ipsi . . . . . . habent molina, et est per as finis et mensura: a pars orientis sunt passi viginti: a pars septemtrionis sunt passi septuaginta opto: a pars occidentis per una caba unde per imber aqua decurrit, qui est inter fine ipsius alfani et iohanni filio quondam domni radoaldi usque in ipso fluvicellu

sunt passi triginta, et per ora de ipso fluvio saliente usque in prima fine, qui est pars meridie, sunt passi nonaginta quinque ad iuxto passum mensuratum, ad securiter et firmiter amodo et semper per hec suprascripta pecia de terra cum omnia intus habente et vice de viis ego predictus maraldo et meis heredibus, et cuius per me datum paruerit, illud havendum, dominandum, possidendum, et omnia inde faciendum quod voluerimus, et pro firmam stavilitate recepit a me per aliam cartulam quod ipse alfanus aput se retinet, una mea pecia de terra quod retineo in ipse plage, et havet has finis et mensura: a pars horientis per ipsa vallicella sunt passi sexaginta septe, et da capite qui est pars septemtrion, sunt passi quadraginta, et da pars occidentis quasi girante per fine ipsius alfani, quod paratum retinet da filio quondam domni mari, sunt passi nonaginta opto, et da pars meridie sunt passi quadtuordecim ad iuxto passum hominum mensuratum, ad securiter et firmiter amodo et semper ipsum predictus alfanus et suis heredibus, et cuius per ipsis datum paruerit, illud habendum, dominandum, possidendum, et omnia faciendum quod eorum placuerit. De qua per combenientia ipse iamdictus alfanus guadia mihi nominati maraldo dedit, et mediatorem se ipsum posuit: et per ipsam guadia obligavit se et suis heredibus amodo et semper defensandum mihi predicto maraldo et ad meis heredibus . . . . paruerit cunctas per suprascripta pecia de terra da omnibus hominibus ab omnique partibus, etiam et da pars uxori sue. Et, quando per nos ipsis inde voluerimus esse autores, qualiter voluerimus, cum omni monimine et ratione quas inde abuerimus. Quod si taliter omnia suprascripta per supradicto hordine ipse alfanus et suis heredibus mihi predicto maraldo et ad meis heredibus, et cuius per nos datum paruerit, non adimpleverit, et remobere seu contrare aliquid inde voluerit, obligavit se ipse qui supra dictus alfanus et suis heredibus ad componendum mihi iamdicto maraldo et ad meis heredibus, et cuius scriptum isto vice nostra in manu paruerit, quinquaginta solidos constantinos per ipsam guadia et obligata pena, et taliter scripsit ego talarico presbiter et notarius, actum cilento.

(Duo adsunt subscriptiones testium, sed minime intelligi possunt)

DCCCLXV.

A. D. 1034.

† In nomine domini sextodecimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, filii domni guaimari principis, mense februarius, secunda indictione. Memoratorium factum a me sadi filio quondam mari de locum preturo, eo quod ante bonorum omines, qui ic supter scripti sunt, clarefacio me, quia abeo rebus in predictum locum preturo actum de forinum ad comune cum dauferi germanus meus, et congruum michi fuerat exinde benum daret iohanni filio bisantii genero faroaldi filio alechisi de ipso locum due pecie de terris; prima pecia de terra cum binea et cum aliquantis arboribus in predictum locum preturo, ubi ipse sedilie sunt, per finis et mensurie: da partibus septemtrionalis fine ipsius iohanni et de consortibus suis, sunt inde passi quadraginta: da partibus orientis fine bia publica, sunt inde passi biginti nobe: da partibus meridie similiter fine bia puplica, sunt inde passi triginta nobe: de ista predicta pecia per iamdicte finis et mensurie benumdedimus inde ipsius iohanni inclita tertiam partem da partibus orientis erga ipsa bia puplica et siat ipsa tertiam parte, quod diximus, quod benumdedimus, da partibus occidentis passi triginta unum et pedes tres et semisse unum. Et ipsa predicta alia pecia de terra cum aliquantis arboribus et nuci in predictum locum preturo non longe de super ecclesia sancti felicissimi et ipsa per ec finis: de ex omni parte fine ipsius iohanni et de consortibus suis, et est per mensuria: da partibus orientis sunt passi sidecim: da partibus septemtrionalis sunt passi quadtuordecim : da partibus occidentis sunt inde passi tridecim : da partibus meridie sunt inde passi biginti quadtuor et pedes tres: ista pecia per iamdicte finis et mensurie tota et inclita illut ipsius iohanni benumdedimus, et est totum mensuratum ad iusto passum ominis: de ista predicta rebus per iamdicte finis et mensurie, qualiter illut ipsius predicto iohanni modo benumdedimus, abeo illut comuniter cum ipsum predictus dauferi germanus meus ego abeo ibidem una sortem, quod est tertiam parte, et ipsius dauferi debet inde pertineret due sortis; set modo bero coniuntus sum cum bona combenientiam cum ipsum predictus dauferi germanus meus, et ille remisit adque tradidit michi de ipse predicte due pecie per iamdicte finis et mensurie inclite sue sortionis, qualiter legibus ibidem benire debet, et prosolsit me illut benumdandum cui boluero, et ille vero et suos eredes exinde amodo et aliquando adbenientem tempore mecum, aut cum meis eredibus, non causare aut contendere, per nullis modis vel rationibus, bolendum exinde aliquit michi, aut ad

meis eredibus, seum ipsius predicto iohanni aut ad suis eredibus tollere aut contrare, seum adminuare per qualibet inbenta ratione. Et ego predictus sadi per combenientia et mea bona bolumtates remisit adque tradidit ipsius dauferi germanus meus inclite meis sortionibus, de quantum quantoque michi ebeniret debet de tribus pecie de terris : una ex ipse pecie que est terra cum aliquantis arboribus fructiferis, ubi ipsum dauferi modo residentes est, et alia que est terra cum binea, et alia ubi bineali dicitur, qui sunt in predictum locum preturo. De iste tribus pecie per iamdictis locis tota et inclita mea sortionem, qualiter ibidem legibus abere debeo, totum et inclitum remisit illut adque tradidit ipsius predicto dauferi germani mei; simulque et remisit adque tradidit ei de omnis rebus meas alia, ubicumque exinde inbentus dederit per tota pertinentia de forinum inclita ipsa quartam parte, que fuit domnande genetrice nostra ac filia fasani, de quantum quantoque michi de ipsa predicta quarta parte ipsius genitrice vestra pertineret debuerit, totum et inclitum illut ipsius germani mei remisit adque tradidit, per illum ordinem et rationem, sicut unum ipsius brebem continet quod aput se modo firmatum retinet; pro itaque ipsum predictus dauferi germanus meus ipsa sua sortione de ipsa predicta rebus, que est per iamdicte finis et mensurie, qualiter ibidem aberet, debet cum omnia intro se abentibus omnibusque suis pertinentiis et cum bice de biis suis; unde pro taliter per bona combenientia guadia michi ipsum predictus dauferi germanus meus dedit, et mediatorem michi posuit se ipsum; et per eadem guadia obligabit se et suos eredes, ut si amodo et aliquando adbeniente tempore mecum, aut cum meis eredibus, seum cum ipsum predictus iohannes, aut cum suis eredibus, cui ego modo illut benumdedit, causare aut contendere presubserit, bolendum exinde, ut aliquit de ipse due pecie per iamdicte finis et mensurie aliquit tollere, aut contrare, seum remobere quesierit, per qualibet imbenta rationem, aut exinde quodcumque causationes inde preposuerit, tunc per ipsa guadia per combenientia et sue bone bolumtatis obligabit se ipsum predictus dauferi et suis eredibus componere michi meique eredibus, vel ipsius iohanni, cui ego modo illut benumdedit, et ad suis eredibus, aut cui brebem iste in manum paruerit, biginti auri solidi constantini, et in antea per inbitis exinde taciti et bacui remaneret, et faciat tacere omnes omines, qui pro sua parte exinde causare aut contendere presubserit, per qualibet inbenta ratione per supradicta guadia et obligata pena, et unc brebem scripsi ego iso notarius qui interfuit.

† Ego guandi presbiter

† Ego sico.

DCCCLXVI.

A. D. 1034.

† In nomine domini sextodecimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosus princeps, filius quondam domni guaimari principis, mense februarius, secunda indictione. Ideoque ego mari filius quondam petri, qui fuit adfiliatum andree filio leonis algelmo, declaro abere media sortione, que fuit ipsius petri genitori meo de terra cum casa lingnitia solarata de intus anc salernitanam cibitatem a subtus platea que ducit ad porta elini, quod fuit ipsa terra cum casa pertinentem ipsius andree, et congruum est mihi ipsa mea sortione de tota ipsa terra casa venumdare petri presbiteri et iohanni germani filii quondam mari qui fuit filius ipsius andree; et ideo, sicut mihi nominato mari congruum est, mea bolumtate ante subscripti testes per anc cartulam venumdedit adque ad semper abendum confirmo tibi petri presbiteri et iohanni germani filii suprascripti mari, qui, sicut diximus, filius fuit suprascripti andree, media sortione qui fuit ipsius petri genitori meo, reliqua medietate est pertinente alerisi germanus meus; ideo, sicut diximus, inclita ipsa medietate de tota suprascripta terra cum casa solarata qui est per ec finis, de due partis coniunta est ad platea, qualiter casa ipsa conciata et dedicata est, funditus ipsa mea sortionem exinde nobis iamdicti germani venumdedimus et nullam ibidem mihi remansit; seum et venumdedit vobis sortionem meam de monimine inde continentem, et ipso aliut de ipsa terra cum casa vobis iamdicti germani pertinet a parte predicti genitori vestro cum omnia infra se abentibus et suis pertinentiis, et cum vice de ipse platee, ad securiter et firmiter, amodo et semper vos iamdicti germani et vestris eredibus supradicta nostra vindictione abendum, dominandum, possidendum, omnia exinde faciendum quod bolueritis. et pro confirmandam et stabiliscendam suprascripta mea vindictione a presentis recepit a te iamdictus petrus presbiter septem auri tari et a te iamdictus iohannes recepit alii septem auri tari boni, sicut inter nobis combenit in omnis deliberatione, finitoque pretium ipsum aput nos. de qua per bona combenientia guadia vobis iamdicti germani dedit et mediatorem vobis posuit meipsum nominatus mani; et per ipsa guadia obligo me et meos eredes amodo et semper antistandum et defensandum vobis iamdicti germani et ad vestris eredibus cunta, quale sortionem mihi fuit et est pertinentes undecunque in tota ipsa terra cum casa, cum vice de ipse platee, da pars uxori mee et da omnis omines omnique partibus, et quando bolueritis vice nostra, potestatis abeatis in omnibus inde causare et finem facere, qualiter

volueritis, cum quale monimen et ratione inde abere potueritis. quod si taliter *etc. Statuta mulcta viginti auri solidorum Constantini.* verumtamen, sicut supradictum est, media de tota suprascripta sortione, qui fuit ipsius petri genitori meo de iamdicta terra cum casa, vobis iamdicti germani venumdedit, ad faciendum inde quod volueritis per iamdicta guadia et obligata pena, quam te iohannes notarius scribere rogavimus actum salerno.

† Ego alderissi notarius me subscripsi

† Ego smaracdus notarius me subscripsi.

DCCCLXVII.

A. D. 1034.

† In nomine domini sextodecimo anno principatus domni nostri guaimari, filii quondam domni guaimarii magni princi̅pis, mense martio, secunda indictione. Memoratorium factum a me sicu filio quondam risi, quoniam ante os dies fuimus in plures causationes cum petri et iohanne filii quondam alfani pro eo quod ego querevam sortionem havere pro pars aloare genitrice mea de ipso quot communiter havuimus in locum trintinaria: ipsi iamdicti germani dixerunt quod predictus genitor illorum vicariatum illut havere cum predicto genitore et genitrice mea, et pro ipsa sortione nostra de predicta rebus de trintinaria per vicariam datum haveret ad predicto genitore et genitrice mea inclita medietatem de sortionem ipsius alfarani quod ei hevenire devuit de rebus quod communiter avuimus ad ipsa casa; ego autem dicevat non esse veritas: ipsi predicti germani dixerunt testimonium inde haveret, qualiter predictus alfaranus genitor illorum cum predicto genitore et genitrice mea predicta vicaria inter se traditam haveret. unde per iudicium machenolfi castaldei guadiati fuimus, et ipsi iamdicti germani cum ipsa testimonia secundum legem illut firmaret ad sancta dei evangelia et ego permaneret in predicta vicaria; set antequam per legem illut diffiniret, per locutionem bonorum hominum orta est inter nos combenientiam, et ego iamdictus sicu cum predicta genitrice mea per combenientiam remissimus atque tradidimus ante subscripti testes tota et inclita predicta nostra sortione de rebus de predicto locum trintinaria ad ipsi iamdicti germanis, et ipsi iamdicti germani vice sua et pro vice maraldelli, qui est germanum illorum, tradiderunt tota et inclita medietate de ipsa sortionem illorum de rebus de ipsa iamdicta casa cum inclita socia illorum quod retinunt in ipsa iscla de ipsa casa; hec vero predicta combenientiam, qua-

liter superius dictum est, inclitam medietate de predicta sortionem, qualiter predicti alfarani fuit pertinentes in predictum locum cosa, de terris cum vineis quam et de terris lavoraturie, cultum atque incultum, ipsi iamdicti germani inclita ipsa medietate nobis tradiderunt cum tota et inclita ipsa socia, qualiter predictus alfaranus retinuit in ipsa iscla de ipsa cosa cum terra et salicario; tantum liceat sisamus filius quondam amati per ipsa socia aqua portare, sicut illius continet scriptum, ad securiter et firmiter hamodo et semper nos et nostros heredes in omnibus, qualiter dictum est, illut havendum, dominandum, possidendum et omnia exinde faciendum que nobis nostrisque heredibus placuerit, sine omni contrarietate ipsorum iamdicti germani et de illorum heredibus, aut cuiqua hominibus, et ammodo et semper defenset illut nobis nostrisque heredibus ipsi iamdicti germani et illorum heredibus, cum vice de viis suis, ab omnibus hominibus ab omnique partibus, etiam et da pars predicti maraldelli, qui est germanum illorum, et da illius heredes, et da illis hominibus qui pro illorum pars nobis, aut ad nostris heredibus, emiserit qualiscumque causationes; quot si de hec omnia, ut superius legitur, retornare aut removere illos quesierit, et quotcumque causationes adversus nos exinde preposuerit per se ipsis vel per summissam illorum, et omnia nobis non adimpleverit, sicut superius legitur, ideo et per combenientiam obligaverunt se ipsi iamdicti petri et iohanne, et illorum heredibus, ad componendum michi iamdicto sikeni et ad meis eredibus, seu cui scriptum istut vice nostra in manu paruerit, biginti aurei solidi constantini, et omnia , ut superius legitur , per invitis nobis adimplere. Unde pro taliter omnia, ut dictum est, adimplendum guadia mihi ipsi iamdicti germani dederunt, et mediatore michi posuerunt iohanne filio quondam radoaldi presbiteri et abbati ; et per eadem guadia iterum obligaverunt se ipsi iamdicti germani et illorum heredibus predicta traditione in omnibus, qualiter dictum est, nobis et ad nostris eredibus defensandum ab omnibus hominibus ab omnique partibus, etiam et da pars tammare, qui est matrinia illorum, et ipse petrus da pars de ipsa uxore sua et da illis hominibus et partibus , qui illis et earum partibus nobis et ad nostris heredibus emiserit qualiscumque causatione, et taliter scribsit ego landemarius clericus et notarius.

† Ego lambertus presbiter

† Ego raidolfus subdiaconus

† Ego amatus clericus.

DCCCLXVIII.

A. D. 1034.

† In nomine domini sextodecimo anno principatus domni nostri Waimari glorioso principe, filio quondam domni guaimari qui fuit princeps, mense martius, secunda indictione, Ideoque ego maraldo filio quondam dauferius clarefacio me havere rebus in loco batolla, unde sum havitantem, et congruum mihi est benumdare una pecia de terra, quod ante hos dies commutavit cum alfani filio quondam stefani, ad domno laurentius beneravilis abbas monasterii sancti archangeli, qui situm est in mons coraci de cilentum, et de sicut mihi congruum est, predictus maraldus mihi ante ydoneis subscripti hominibus remisit tivi iamdicto domno laurentius beneravilis abbas ipsa scriptio, quod da ipso alfanus retineo per commutatione de ipsa pecia de terra que coniuncta est cum rebus eidem monasterii, ubi ipsa molina factam habetis, et per hanc cartulam benumdedit tivi eidem benerabili abbati ipsa pecia de terra per fines et mensura, sicut cartula continet quod . . . . . aput te retinet quod ego eam tivi remisit, ut amodo et semper tu iam predictus domno laurentius beneraviles abbati, et tuis posterioribus, et rectores ipsius monasterii, ipsa pecia de terra cum omnia intus havente et vice de viis, et sicut in cartula est ascriptum quod tivi remisit, ad securiter et firmiter illud habendum, dominandum et omnia inde faciendum quod volueritis; et pro firmam stavilitatem recepit a te aurei solidi quinque ana quatuor tari per unusquisque solidos in omni finitione, sicut inter nos stetit. De qua per combenientia ego predictus maraldus guadia tivi iamdicto domno laurentius beneravili abbati dedit, et mediatorem meipsum inde posuit; et per ipsam guadia obligo me ego iamdictus maraldus et meis eredibus amodo et semper defensandum tivi eide iamdicto abbati, et ad tuis posterioribus, et ad rectores ipsius monasterii, cuncta suprascripta nostra venumdatione da partibus uxori mee, et cui per nos datu, aut donatum, vel venumdatum, seu per quolivet titulum alienatum vel obligatum paruerit, da aliis vero hominibus et partibus qualiter bolueritis, cum ipsa ratio quod vovis ammissimus, et cum omni monimine et ratione quas inde habere potueritis; quod si taliter omnia suprascripta per supradicto hordine bobis non adimpleverimus, et removere vel contrare illud vobis quesierimus per quolivet ingenium vel ratione, obligo me ego iamdictus maraldus et meis heredibus ad componendum ad tivi qui supradicto domno laurentius benerabili abbati, et ad tuis posterioribus, et ad

rectores ipsius monasterii, et cui ipsa scriptio quod vobis remisimus, vel cui cartula ista pro vice ipsius monasteri in manu paruerit, quinquaginta solidos constantinos per eadem guadia et obligata pena, et in antea questio et causatio nostra aput ipsum monasterium flant inde tacita et bacua, et taliter scribere rogavimus te talarico presbiter et notarius, actum cilento.

† Ego landolfus presbiter

† Ego romoaldus presbiter.

DCCCLXIX.

A. D. 1034.

† In nomine domini sextodecimo anno principatus domni nostri guaimari glorioso principe, mense martius, secunda indictione. Ideoque ego ferrandus clericus filius quondam aczoni clarefacio, quoniam mihi est pertinentes per gradum successionis abere una pecia de terra cum abellanietum in locum nuceria, ubi pucianu dicitur, et congruum est mihi bice mea et dilecti germani mei illud bicariationis ordine dare maghenolfi filio richardi consovrino fratrem nostrum; et ideo, sicud mihi congruum est, mea vona bolumtate in ipso locum nuceria ante subscripti testes per anc cartulam bicariationis ordine tradit tivi iamdicti magenolfi inclita ipsa iamdicta pecia de terra cum abellanietum per ec finis et mensurie: a pars orientis fine sicud terminatum est, sunt inde passi triginta quinque et pedes unum: de super a pars meridie fine andree thio nostro, sunt inde passi duodecim: a pars occidentis fine de eredes sergi atrianense qui vocabad bocavitellu, sunt inde passi biginti sebtem, rebolbente per fine ipsius sergi in partibus occidentis, sicud inde limite discernit, sunt inde passos quadtuordecim et medium et cubito unum, rebolbente in partibus sebtemtrionis per fine de eredes ursi consortifices nostros, sicud inde limite dissernit, sunt inde passi tridecim et cubito unum : a pars sebtemtrionalis fine tua qui supra maghenolfi, quod ante os ipse genitor noster tivi qui supra per firma cartula bicariationis traditum et confirmatum abet, sunt inde passos viginti octo, totum ad iusto passum omini mensuratum; ec vero predicta pecia de terra cum abellanietum per iamdicte finis et mensurie totum et inclitum illud cum omnia intro se abentibus omnibusque suis pertinentiis et cum vice de bia sua inclitum illud tivi qui supra maghenolfi bicariationis ordine tradidit, un-

de nulla mihi, nec quarta alfarane genitricis mee, nec sortione dilecti germani mei, nec cuiqua ominibus vel in quavis partibus nichilt inde restitit aud dicimus remanere sortionem, set, sicud diximus, inclitum illud tivi qui supra in integrum vicariabit, ad securiter et firmiter amodo et semper tu tuisque eredibus illud abendum, dominandum, possidendum et omnia inde faciendum quod volueritis, absque omni nostra et de nostris eredibus aud cuiqua ominibus contrarietate vel requisitione. Unde pro confirmandam et staviliscendam anc nostra vicariatione, nunc a presentis recepit a te qui supra maghenolfus per alia cartula, que aput nos scripta retinemus, alia pecia de terra tua cum castanietum, quod abetis in ipso locum puciano, quod per firma cartula bicariatum abetis da guiso filio ciceri per ec finis et mensurie: a pars sebtemtrionis fine rebus de archiepiscopio salernitano quod ad pastenandum retinet eredes petri, sicud inde limite discernit, sunt inde passi sedecim: a pars orienti fine de ipsa eredes petri, quod ego qui supra ferrandus clericus retineo, sicud terminatum est, sunt inde longitudo passi octuaginta tres et cubito unum: a meridie fine ipsius guisoni, sunt inde latitudo passi tridecim : a pars occidentis fine de ipsa eredes petri, quod ante os dies benumdedit leoni filio alechisi, sicud terminatum est, sunt inde longitudo passi octuaginta tres et medium et cubito unum, et in medium quod est per traversu, sunt passi tridecim, totum ad iusto passum omini mensuratum; ec vero predicta pecia cum castanietum per ipse finis et mensurie cum omnia intro se abentibus et cum vice de bia sua inclitum illud a te qui supra maghenolfus recepit in omnis deliveratione, sicud inter nos comvenit. de qua ego supradictus ferrandus clericus per vona comvenientia guadia tivi qui supra maghenolfi dedit, et mediatorem tivi posuit mirandus filius quondam venerardi abitator in locum turricle; et per ipsa guadia obligo me et meis eredibus amodo et semper antistandum et defensandum tibi tuique eredibus inclita supradicta nostra vicariatione, cum omni sua pertinentia et cum vice de bia sua a pars de ipsa genetrice mea et de ipso germanus meus et da omnis homines omnique partibus; si autem, sicud dictum est, taliter illud tivi tuique eredibus non defensaverimus, aud si nos vel nostris eredibus quesierimus illud vel exinde tivi tuique eredibus tollere aud contrare, quomodocumque per qualemcumque ratione, aut si quodcumque rausationes indè vobis emiserimus per quavis modis vel ingenium, tunc primum omnium questio et causatio nostra et de nostris eredibus modis omnibus adversus vos sit exinde tacita et bacua; et per ipsa guadia componere obligo me et meis eredibus biginti auri solidi constantini, et, sicud superius legitur, per invitis illos vobis defensemus; et quando volueritis per vos ipsis inde esset auctores et defensores, potestatem et licentiam abeatis bice nostra cum ista cartula et cum quale alia monimen et ratione, quem inde abere potueritis, in omnibus in-

de causare et finem facere, qualiter volueritis, et nobis illos defensetis; nam, quando nos vel nostris eredibus quesieritis nos inde abere auctores et defensores, nos autem et nostris eredibus illud vobis vestrisque eredibus defensemus et omnia adimpleamus vobis, sicud superius legitur, per supradicta guadia et obligata pena. berumtamen et oc memoramus, quia supradicta bicariatione et obligatione, quod ego qui supra ferrandus seu cum tu qui supra maghenolfus fecit illud vice mea et ipsius dilecti germanus meus ec omnia supradicta adimplendum per illo ordine et ratio, qualiter superius legitur, per supradicta guadia et obligata pena, et taliter scribere rogavimus te romualdus notarius, actum nuceria.

† Ego romoaldo

† Ego ioannes

† Ego petru.

[illegible] habendū . dominandū . possidendū . et

[illegible] et amodo et [illegible] nostro [illegible]

[illegible] gloriosorum principum [illegible] ego [illegible] In anno

[illegible] gloriosis principibus . De mense mar[illegible] indic[illegible]

Richter & C. Napoli

Civitates et Loci, in quibus membranae huius voluminis fuerunt datae.

INDEX ALPHABETICUS

Nominum et Agnominum personarum; inter quas per series recensentur Abbates, Advocati, Comites, Episcopi, Gastaldi, Iudices, Magistri, Medici, Notarii, Turmarchae, Artes et officia

nec non

Civitatum, Ecclesiarum, Locorum, aliarumque rerum, de quibus in membranis fit mentio.

Sub numero designatur pagina

Abbates

Advocati

Comites et Comitissae

Episcopi

Gastaldi

Iudices

Notarii

Artes et officia

Civitates Ecclesiae etc.

A

B

C

I MANOSCRITTI MEMBRANACEI

DELLA BIBLIOTECA

DELLA SS. TRINITÀ DI CAVA DE' TIRRENI

DESCRITTI

PER

D. BERNARDO GAETANI D'ARAGONA

O. S. B.

PREFAZIONE

Sotto il nome di Mss. BEDA DE TEMPORIRUS è all'universale degli eruditi molto ben conosciuto il Codice n.° 3 della Biblioteca Cavense, a causa delle Annotazioni scritte non già nel libro del Dottor Beda *de Ratione Temporum* o *de Temporibus*, onde il predetto Codice comincia, ma in altro dello stesso Autore, che s' intitola *Decennovenales Circuli*, ove nei margini delle Tavole decennovenali si leggono queste annotazioni, le quali per essere, specialmente dal 1034 al 1315, contemporanee, comechè non sempre immediate, ebbero pregio di autorevolissime. Noi però nel farci a descrivere questo Codice dobbiamo occuparci non soltanto della parte assai nota di esso, che n' è per verità la principale, ma eziandio di tutte le cose accessorie in esso contenute. Epperò tratteremo prima del Libro *de Ratione Temporum*, il solo trascritto per intero, e delle cose in questa copia del nostro Codice Cavense più degne d'essere notate, e poi riprodurremo con la maggiore possibile esattezza le Annotazioni scritte nei margini delle Tavole Decennovenali, senza mancare di apporvi quà e là alquante brevi note illustrative; per ultimo riferiremo i rispettivi titoli de' numerosissimi Trattati e Capitoli di Autori sacri e profani che si leggono dopo le prefate Tavole, indicando tutto ciò che nell'esame del voluminoso Mss. ci parve più degno di esser conosciuto [1]).

---

[1]) Il Cardinal Mai, *Class. Auct. Tom. III, pag.* 385, dice che questa parte del nostro Codice: « *continet prolixam seriem testimoniorum ex diversis patribus partim fortasse*

Il Codice consta di 398 fogli della grandezza di 0,36 per 0,23. La pergamena, in più luoghi macchiata, è piuttosto grossolana; i fogli però sono intieri, con qualche rara eccezione. Ogni faccia è rigata a punta di stile e contiene sempre 39 versi orizzontali tra quattro verticali, due a dritta e due a manca, coi margini esterno ed inferiore più larghi del superiore e dell' interno. In principio si veggono iniziali nere o rosse, internamente lumeggiate ad oro; ma dopo il foglio 21 le dorature finiscono. Il carattere è quello che dicono longobardo spezzato, e le pagine sono scritte senza interruzione. Sulla *y* rado è che si vegga il punto, e non mai sulla *i*; e neanco lineetta su i due *i*. Il dittongo *ae* è indicato dalla codetta sotto la *e*, e la congiuntiva *et* si trova scritta sempre in sigle (&), anche nelle voci *hab*&, *retin*& e simili. Le parole, non sempre, ma più volte sono congiunte; incontransi continuamente lettere fra loro unite, la *d* adoperata per *t* e viceversa; e se la parola non finisce col rigo, non si vede lineetta di richiamo. Manca affatto di lettere Capitali miniate, nè si veggono fregi di sorta in tutto il Codice. Il segno del quaternione è sempre una lettera maiuscola non in mezzo, ma all' estremo angolo destro della faccia del foglio *verso* nel margine inferiore.

La Paléographie Universelle *Tom. III* parlando del nostro Codice, che giudica essere dei più antichi ne' quali si legga l' opera di *Beda de Temporibus*, non si occupa punto delle Annotazioni scritte nei margini delle Tavole Decennovenali, ma invece assai di questo Trattato *de ratione Temporum*, scritto prima di esse. « La chronologie, dice, ou la

---

ineditorum. » Con pace del sommo paleografo non possiamo tenerci dall' osservare, che quantunque molti dei Capitoli e Trattati che leggonsi in detto Codice siano, se non inediti, certamente rari o poco conosciuti; non tutti però possiamo attribuirli ai Padri della Chiesa, poichè molti ve ne hanno di ben altri scrittori.

